QVAE IN SEQVENTIBVS HABENTVR.

Beſſarionis Cardinalis Niceni,& Patriarchæ Con-
ſtantinopolitani, Oratio de Sacramento Eu-
chariſtiæ,& quibus verbis Chriſti
corpus perficiatur.

EIVSDEM

Epiſtola ad Græcos.

Index eorum omniũ quæ hic pertractantur.

S. MVRRHO, IVN. COLMA riensis, Ioachimo Va diano S.

Qũ variæ, quamq; reconditæ doctrinæ fuerit Bessariõ, Constantinopolitanus Patriarcha, neminẽ latere arbitror, qui libros eius in calumniatorẽ Platonis legerit, e quibus facile percipi potest, quantũ in vtraq; lingua, & græca, & latina, quantum in philosophia valuerit, seu Platonicam, siue Aristotelicam malis. Oratio autẽ hæc de Eucharistia, quã tu nobis Ioachime Vadiane imprimendã misisti, Bessarionẽ nõ minus subtilẽ fuisse theologum, quam philosophũ acutum, ni fallor, ostendet. Nam quid dici vel debuit, vel potuit de diuino Eucharistiæ sacramẽto, quod idẽ oratio hæc breuiter nõ cõplectatᷣ? Docet primũ, quibus potissimũ verbis, panis in corpus & vinũ in sanguinẽ dominicũ cõuertatᷣ. An id fiat verbis domini, Hoc est corpus meũ, & Hic est sanguis meus, an quibusdã alijs sacerdotũ precibus, & quid super ea re Latinorum pariter atq; Græcorum, doctissimi ac sanctissimi quiq; senserint, in medium adducit. Dein Chrysostomũ, Ioannem Damascenũ, Basiliũ magnum, & alios, eiusdem prorsus sententiæ cũ Latinis demonstrat. Porro rationes, quæcunq; obijci solent, ordine refellit. persuadetq;, omnibus, tam Græcis, quam Latinis, ita sentiendũ, ita credendũ esse, queadmodũ Romana æcclesia & sentit, & credit. Orationi epistola subiungitur, elegantissima quidem illa, sed non tam elegans, quam grauis, ac docta. Quæ causam ruinæ Græcorum exponit, eos scilicet in tam miseram seruitutem præcipitatos, quod æcclesiæ Romanæ minime paruerint, sed diuersa quædam dogmata ipsi sibi finxerint, & quum sæpius ab

ea, tanq̃ pientissima omniũ matre inuitarentur, vt pali nodiam canerent, fatere nturq̃ errores suos, renuerint. Vbi itidem Bessarion ostendit veteres Græcos nihil di uersum asserere ab his, quę Romana æcclesia affirmat. Quare & ipsi tandem resipiscant, nec sapientiores pa- tribus suis videri pertinaciter cõtendant. Hæ tantæ res in oratione vna, & vna item epistola continent. Qua- propter publice quidẽ studiosi omnes, præcipue sacris initiati, quorum res agitur, priuatim Bessarionis ipsius manes gratias tibi mi Vadiane, maximas, sed multo maiores Augustino Morauo, præposito Olomucensi habebunt, Huic q̃ studuerit e puluerulentis inferioris Pannoniæ bibliothecis eruere, & in lucem proferre, Ti- bi, q̃ imprimi curaueris. Est is præpositus (vt scribis) vir tum magna sapientia, tum politioris literaturæ aman- tissimus. A cuius certe instituto multũ abhorrẽt nostra- tes (pace quorundã dixerim) & præpositi, & canonici. Qui vtinam se non tantũ inani quadam doctrinæ vm bra venditarent, sed literas etiã humaniores amplecte- rentur, aut si amplecti nollent, studiosos earundem fouerẽt, aut saltem nõ insectarentur. Sed surdis fabulam. Ego Augustinũ illum, virũ magnũ & pręstantẽ iudico. Cui dicatũ esset hoc quicquid est libelli, si fuisset nobis vel de facie notus. Tibi dicaui mus, cuius opera, & dili- gentia ad nos perue nit. Vale.

Ex ædibus Schurerij, Nonis Decembrib. An. M D XIII

BESSARIONIS EPISCOPI TVSCVLANI, SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS, CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHAE, DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE ET QVIBVS VERBIS CHRISTI CORPVS CONFICIATVR.

SACRVM diuinumq; est eucharistiæ mysterium, per quod filij dei, & hæredes & cohæredes, & eiusdem cũ domino corporis efficimur, cum digne eo participamus. Sed quæri inter christianos solet, quibus potissimum verbis, intra solennes missarum ritus, sacrosanctũ domini corpus, & sanguis conficiatur. Alij eñ hoc facere alia existimantes. Latini (Ambrosiũ, Augustinũ, Gregoriũ, aliosq; doctores suos secuti, cũ doctrina, tum vitæ sanctitate præstãtes) illa domini verba id facere manifestissime asseuerãnt, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, vanamq; prorsus sine ijs esse orationẽ sacerdotis opinanť. Græci vero, præsertim recentiores, cũ Iacobo fratre domini, Basilio, & Chrysostomo sentiẽtes, singularis exẽpli, & sanctimoniæ viris, non illis saluatoris nostri verbis, Christi corpus, & sanguinẽ confici putant, sed quibusdam (quæ sequunť) precibus sacerdotũ. Quibus in missarũ officijs, quæ singuli quiq; eorꝫ cõposuere, diu post recitationẽ verboꝫ domini (quæ supra memorauimus) adhuc panẽ, & vinũ oblata deo munera appellãt, A

B & spiritūsanctū, vt super ea descendat, benedicat, sanctificet, ac corpus, & sanguinē dñi efficiat, inuocant, & precant. Cum talis itaq, tantaq sit de re maxima inter latinos Græcosq dissensio, siquidē inter præsentes tantum, ac nostræ ætatis viros cōtrouersia foret, facilius de ijs posset quiuis pro sua opinione disserere. Cū vero inter cōmunes æcclesiæ doctores, veteresq, & sanctissimos patres nostros cōtentio agitetur (ij sunt em̄, qui & dissentire inuicem, & vt alij quoq dissentiant, facere videntur) ipse me inter eos arbitrū cōstituere haud temere præsumpsissem, nisi me & iuste precantiū petitiones ac cupido vtilitatis nostrorū hominū (quorū salutis, & gloriæ semper auidissimus fui) ad id, mei ipsius oblitū cōpulissent, & illos inter se concordes reddere, diuino fretus auxilio, sperarem. Vt igitur recte nostra pcedat oratio, & veritas rei, quā quærimus, facilius elucescat, aliqua altius repetenda sunt, anteq institutæ quæstionis seriem aggrediamur. Ante omnia igitur sciendum est, tā hoc sacrosanctū cōmunionis, de quo agimus, q̄ cætera æcclesiæ sacramenta, ideo sacramenta vocitari, quoniā aliud in se habent quod videt, aliud quod non corporis oculis, sed solo intellectu cōprehendit. Quæ vident, sensibilia sunt, quæ vero intellectu percipiunt, spiritualia, vnde spiritus, & vita dicunt. Verba aūt quę dixi vobis (inquit dominus) spiritus sunt, & vita. Horū præterea sacramētorū singula quæq duobus accipiunt modis. Aut em̄ sacramentū signū est, aut id quod significat. Primū quidē signū tantūmodo & est, & dicit. Secundū vero res est, quæ eo signo significat. Omnis em̄ theologica doctrina (teste Augustino) signis constat, & rebus. Et res quidē sunt, quæ vt significatæ accipiunt. Signa vero, quorū oīs in significando est vsus. Et si em̄

omne signũ res sit,nã quod nõ est res(vt idẽ Augustin⁹ C inquit)nihil oĩno est,& sic signũ esse nõ potest, Hoc tñ hoc loco signũ accipitur,nõ vt res significata,sed vt signũ rem ipsam significans,quatenus scilicet signũ est, & nõ quatenus res aliqua est. Quẽadmodũ cũ ascẽdẽtẽ cernimus fumũ,nõ quaten⁹ substãtia aliqua,siue res est,sed quatenus solũ est signũ ignis,signũ esse dicim⁹, qui substantia,& res aliqua est. Nã omne quidẽ signũ, res aliqua est,nõ tñ oĩs res alterius rei est signũ. Sũt em̃ res aliquæ dũtaxat vt significatę,nõ aũt vt signa aliq̃d aliud significãtia,quod in aliis sacramẽtis facile cõprehendi potest. Etem̃ in sacramento baptismatis,ablutio carnis p aquã,ita est sacramẽtũ,vt dũtaxat signũ sit ablutionis peccatorũ. Ipsa em̃ pctõrũ remissio res est significata,nihil vltra significans. Hoc idẽ in reliquis sacramentis. Ergo & in sacramẽto eucharistię,alterũ est solũ signũ,vt panis & vini visibilis species,alterũ res significata,vt ip̃m verũ dñi corpus & sanguis,qđ ex ĩmaculatis beatæ virginis sanguinibus assumpsit. Verũ hoc ꝓpriũ habet præter alia, diuinũ hoc sacramentũ eucharistiæ, ꝙ in eo res significata, alterius etiã rei signum est. Ipsum em̃ verũ dñi corpus & sanguis cum res sit,signo panis & vini significata,vt mox ostẽdimus, est tñ alterius rei signũ,cũ significet mysticũ Christi corpus,& ecclesię in spũsancto vnitatẽ,hoc vero nõ amplius aliã rẽ significat, sed tantũ significat̃. Ita fit,vt visibilis simul ac sensibilis species panis & vini,duplicis rei significatrix sit,significat em̃ & verũ corpus dñi,& res significata,& signũ sacrũ est,& mysticũ ęcclesiæ corpus. Quare panis & vinũ signũ est dũtaxat, ipsum aũt verũ Christi corpus & sanguis,quod sub vmbra regit̃ panis & vini, (significatũ q̃dẽ a pane, & vino, significãs aũt mysticũ

D ęcclesiæ corpus) & res est, & signum, mysticum vero ex vtroque significatũ, res tãtũ est, nec vltra alterius signũ. Præterea quod tantũ signũ est, duarũ rerũ est signũ, veri scilicet, & mystici corporis. Quod aũt res est, & non amplius signũ, duorũ sacrorũ signorũ res est, hoc est visibilis speciei panis & vini, & veri in eis cõtenti corporis domini. Verũ autẽ corpus & sanguis, si ad alterũ aspicias visibile sacramentũ, res est, si ad mysticũ corpus, est signũ. Rursus primũ quidẽ quod signũ tantũmodo est, oculis subest. Secundũ quod res est & signũ, animo excęditur. Tertiũ quod res sola est, corde percipit̃. Ad hęc primũ quidẽ nõ modo significat, sed etiã cõtinet secundum. In specie eñ panis & vini, veritas corporis & sanguinis cõtinet̃, cũ in illa substantia panis viniq; mutet̃. Tertiũ vero quanq; significet, nõ tamẽ cõtinet. Hęc cũ verissima sint, illud etiã sequitur, ex ijs qui diuini corporis participes fiunt, alios quidẽ sacramẽtaliter, spiritualiterq; participes fieri (quales sunt, qui digne cõmunione accipiunt) alios vero sacramẽtaliter, & nõ spiritualiter, ij sunt qui indigne cõmunicant, sumunt eñ verum corpus Christi, nõ tamẽ sacramẽti effectũ accipiũt, nec Christo vniuntur. De ijs inquit Apostolus, q̃ iudiciũ sibi manducant, & bibunt. Nõ eñ iudiciũ & cõdemnationẽ manducarent, & biberent, si spiritualiter cõmunicassent, immo iam Christo vnirentur. Sunt alij, qui & si nõ fiunt sacramẽtaliter participes, spiritualiter tñ communicant, queadmodũ si vel infans post baptismũ, vel ætate prouectus nondũ ob aliquã ineuitabilẽ necessitatem, recepto Christi corpore, repentina morte deficiãt. Nihil eñ minus sacramẽti participes fiunt, q̃ si cõmunionẽ cæpissent, fiunt eñ membra Christi, & regni cœlestis hæredes. Hæc igitur cũ omnibus manifesta sint,

(quis em̃ neget,ex ĳs qui cõmunionẽ sumũt,alios qui- E
dem nullã gratiã,immo vero pro gratia iudiciũ & pœ-
nam,alios vero gratiã largissime cõsequi,quosdam em̃
sine cõmunione,dũmodo id nõ cõtemptu, vel negligẽ
tia,sed necessitate fiat,diuinã mereri gratiã?) Cũ inquã
hæc adeo clara,& perspicua sint, & tripartitã hanc di-
uinorũ sacramentorꝝ distributionẽ, verã & necessariã
esse probant,ex his sequi videtur, Christi quoq; corpus
duplex esse, verũ alterũ, alterũ mysticũ. Et verũ quidẽ
est,quod in hoc diuino eucharistiæ sacramẽto cõsecrat̃
atq; cõficitur,sub visibili specie panis & vini. Hoc idẽ
est cũ eo corpore,quod fuit ex beata virgine spũsancti
obumbratione cõceptũ. De quo ipse dominus in exhi-
bitione sacramẽti,cũ nobis sensibilẽ panẽ,vinũq; osten
disset,ait. Hoc est corpus meũ, & hic est sanguis meus.
Deinde addidit, qui pro vobis traditur, & qui ꝓ vobis
effundit̃ in remissionẽ peccatorꝝ. Mysticũ aũt eius cor-
pus est ecclesia,& cõgregatio fideliũ. Hanc em̃ negare
corpus Christi nemo ausit,præsertim audiẽs Apostolũ
dicentẽ, æcclesiæ caput Christũ esse. Caput em̃ sine mẽ
bris nõ esset caput, quapropter membra Christi nos su
mus,& caput nostrũ est Christus. Vnde clamat Ap̃s,
Vos estis corpus Christi,& membra ex parte. Et rursus:
Panis quẽ frangimus,nõne cõmunicatio corporis dñi
est? Et iterũ, Vnus panis(ait)& vnũ corpus multi sum⁹
Et reddẽs eius rationẽ addit, Omnes em̃ ex vno pane
participamus. Quæ verba dum exponere nititur Chry
sostomus noster,ita inquit. Quid dico cõmunionẽ? ip-
sum illud corpus sumus. Quid em̃ est panis,nisi corp⁹
Christi? nõ corpora multa,sed corpus vnũ. Quẽadmo
dũ em̃ panis ex multis constans granis, ita cõpositus
est,vt nusq; grana videant̃,& sunt quidẽ grana, sed ꝑ-

F pter coniunctionẽ nullo discrimine discernunt. Ita nos quoq; & inuicẽ, & Christo cõiungimur. Damascenus quoq; vbi de sacrosanctis mysterijs tractat, Honorem⁹ (ait) Christi corpus omni animi, corporisq; puritate, duplex etem est. Augustinus etiã, occidentalis æcclesiæ lumen, Queadmodũ (inquit) ex multis granis vnus conficitur panis, & ex racemis multis vnus calix exprimit, sic ex multis fidelibus vnum corpus mysticũ integrat. Enimuero sicut ex multis membris & partibus, vnumquodq; corpus constat, ita æcclesiæ vnitas ex diuersis personis conficitur, videlicet ex præscitis, prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Quos em̃ præsciuit deus, hos & prædestinauit, & quos prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos & glorificauit, inquit Apostolus. Efficiens vero huius mystici corporis, est ipsum verum Christi corpus, & eius cõmunicatio, si digne fiat, quod significant verba illorũ qui dicunt, Oramus vt hoc corpus tuũ præstet participantibus sobrietatẽ animæ, remissionem peccatorũ, cõmunionẽ tecũ. Quid em̃ aliud est cõmunio, q̃ vnitas cũ Christo, annexio mẽbrorũ ad caput, cõueniẽtia partiũ ad totũ? Vnde & cõmunio ꝓprie vocat hoc sacramentũ. Et synaxis apud Dionysiũ dicit, hoc est collectio. Colligit em̃ quæ apud se distant, & multa vnũ facit, & dissimilia æquat, & in vnũ sparsa reducit. Quamobrem idem Damascenus, eo quo supra memorauimus loco, Cõmunio (inquit) dicit, & est ideo, quia per eam cõmunicamus cũ Christo, & carnis diuinitatisq; eius participes sumus, & inuicem coniungimur, atq; vnimur. Cũ em̃ ex vno pane participamus, omnes vnũ Christi corpus, & vnus sanguis, & mẽbra alter alterius, eiusdemq; cũ Christo corporis efficimur.

Et rursus ibidē. Per Christi corpus, & sanguinē purga- G
ti vnimur corpori dñi, & spũi eius, & corpus Christi ef-
ficimur. Vnde & Messias, seu mediator, & lapis angu-
laris dicit dñs, quasi cōiungēs extrema, & vniēs diuisa.
Mediator vnius nō est, sed duorū (inquit Paulus) & la-
pis angularis, duorū parietū vinculū, & coniunctio est.
Post hæc illud quoq; tertio loco addendū est, quod verū dñi
corpus, & veritas est, & figura. Siquidem ostensum est,
quēadmodū panis & vini visibilis species, figura, seu si-
gnū est veri, & in eis contenti dñici corporis, & etiā my-
stici corporis, ita ipsum corpus verū, figuram mystici,
& æcclesiastici corporis esse. Ad hæc verū domini cor-
pus, quod in altari consecratur, futurorū figuram dici,
Damascenus (eo quo supra memorauimus loco) testat.
Significatiua inquit futurorū dicuntur, non quia verū
sint corpus, sanguisq; Christi verus, sed quia nūc quidē
per illa diuinitatis participes efficimur, tūc vero per in-
tellectum sola visione fruemur diuinitatis. Quod aper-
tius & Gregorius dicit. Quod nūc quidē participamus
corpus & sanguinē sub speciebus panis & vini, tūc aūt
clara visione, & sicut vere est, videbimus illud. Cauen-
dū autē, ne quis propterea quod eucharistiæ mysteriū figura
esse dicit, dicere, aut oīno suspicari audeat, nō esse verū
dñi corpus. Absit tanta blasphemia a fideliū mētibus.
Hoc modo & preciosa mors eius nō esset vera mors, quod
partim ablutionis delictorū nostrorū, partim iustificati-
onis nostræ figura sit. Vas nāq; electionis est, qui dicit
Christus mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit
propter iustificationē nostrā. Et Petrus. Christus passus
est pro nobis, nobis relinquēs exēplū. Mors igit Christi
mortis nostræ scd'm peccatū, & resurrectio eius vitę no-
stræ per iustificationē, iuxta primariorū aplorū sentētiā

H exemplū & figura fuit. Nec tamen ideo mors & resurrectio eius, nō fuit vera mors & resurrectio. Est igitͬ eucharistiæ sacramentū, & veritas, & figura, ex quo nihil absurdi sequi videtur. Etem̄ ipsum quoq; sacramēti nomen nihil significat aliud, q̄ figurā alicuius, & signum alterius. Siquidē sacramentū tectū mysterijs, secretūq; esse decet, & aliud extrinsecus præ se ferre, aliud habere quod intelligatͬ intrinsecus. Neminē autē cōturbare debet nomē istud figuræ, nec id quod ait Damascenus. Panis & vinū non est, nisi figura corporis & sanguinis Christi. Absit, sed ip̄m corpus domini deificatum, ipso domino dicente, Hoc est corpus meū, & nō figura corporis mei. Et hic est sanguis meus, & nō figura sanguinis mei. Primo em̄ panis & vini nomine, nō ipsam visibilem speciē panis & vini, sed substantialiter transmutata in corpus & sanguinē intelligit. Deinde figuram hoc loco intelligit vmbrā illā, quæ nihil aliud præter figura est, simpliciter aliud significans, nullam omnino aliud faciendi vim, & potestatē habens. Queādmodū sacramenta veteris legis, noui testamēti sacramētorū figura fuerunt, vt circūcisio baptismatis, sanguis hircorū & vitulorū dominici sanguinis ī ara crucis effusi, & serpens pendēs in eremo, corporis domini in cruce pēdentis. Verū illa quidē figuræ tantū erant, & aliorū significatiua, nō effectiua, & sacrorū quidē significatiua, non ipsa sacra. Nostra vero, nō modo significatiua, & figuræ salutis sunt, verū etiā salutifera, hoc est effectiua salutis, ipsaq; sacra, & sacræ sacrarū rerū figuræ. Hoc em̄ interest inter veteris, & nouæ legis sacramēta, q̄ illa quidē dumtaxat significabant salutē, hæc etiā præbēt, Et illa quidē nō sacra, sed sacrarū tantūmodo rerum significatiua, hæc autē & significatiua sacrarū rerū, atq; effe

ctiua sunt. Hinc sanctus Hilarius ait. Corpus Christi, q̃ in altari participamus, figura quidē est, quaten⁹ panis & vinū exterioribus apparet sensibus, veritas autē est, quatenus corpus & sanguis in veritate corde creditur. Et Augustinus, Christi corpus inquit, & veritas, & figura est, veritas quidē inq̃tū virtute spiritus ex substantia panis & vini corpus efficitur, figura vero est illud, quod exterioribus sensibus subiacet. Nos itaq; figurā hoc loco ita accipim⁹, quæ scilicet quo ad sensibiles species panis & vini, aliud dumtaxat significet quo ad verum corpus Christi, & aliud significet, & tamē veritas sit. Quēadmodū Damascenus quoq; (sicuti paulo ante memorauimus) veteres secutus doctores, verū corpus, & sanguinem Christi figuratiua futurorū nominauit. Vbi eñ figuratiua dixit, & figurā sine discrimine dicere potuisset. Sed de ijs satis (vt arbitror) disseruim⁹, nūc quod reliquū est, aggrediamur. Erit autē nostra omnis oratio tripartita. Primū eñ conabimur ostendere diuinissimū corpus Christi, & sanguinē, nullis alijs verbis, aut sacerdotū precibus confici, q̃ ijs quæ supra memorauimus, domini verbis, Hoc est corpus meū, & hic est sanguis meus. Post hæc sanctorū æcclesiæ doctorū, ac patrū nostrorū vnam & eandē esse sententiā declarabimus. Postremo quæ huic opinioni aduersari videntur, duce domino, cuius res agitur, dissoluemus. Q; igitur impossibile sit, alijs q̃ dominicis verbis, eucharistiæ sacramentū confici, euidētissime, & luce clarius apparet. Enimuero nemo est quē lateat, quēadmodū panis, & vini in corpus & sanguinē Christi, in instanti facta trāssubstantialitas, humanā oēm facultatē excedit, ingēsq; opus est, & certe diuinū, ita etiā huius sacramenti efficientia verba, instar ipsius sacramenti, eximię cuiusdam

K virtutis esse debere, Christi vero diuinis verbis nihil esse potentius, nihil efficacius posse, manifestũ est. Quãobrem fateri necesse est, dominicis illis verbis, & nullis alijs, diuinũ hoc sacramentũ confici posse. Nec eñ diuinissima per diuinã potentiã cõfici negauerit quispiã, nec verbis Christi nihil omnino efficacius esse, cũ non modo homo, verũ etiã deus sit, creatorq; omniũ, qui solo nutu cuncta produxit, qui verbo ægros curauit, mortuos suscitauit, cæteraq; miracula fecit, quæ in euangelijs recitanẽ. Præterea humanæ preces tunc quod orant facillime consequunẽ, cũ id meritæ sint, & a benemeritis effundunẽ. Atqui panis & vini, in corpus & sanguinem transmutatio, non petentiũ meritis, sed eius potentia, qui ex nihilo cuncta produxit, per sacerdotẽ, tanq; per instrumentũ quoddã efficitur. Vnde non minus ab indignis sacerdotibus, atq; puersis, q; a bonis, sanctisq; consecratur. Ex quo manifestũ est, non orantis sanctitatem, sed ipsum dominũ, proprijs suis verbis a sacerdote prolatis, panem & vinũ in propriũ corpus trãsmutare. Nam si humanæ preces hoc possent, potius virorũ bonorũ preces, & si non sacerdotũ, q; prauorũ sacerdotum hoc diuinũ opus efficerent. Atqui indecens esset, atq; ab humana salute alienum, existimare tantũ sacramentũ a re dubia dependere, quippe dubium, atq; ambiguum est, an preces, ac supplicationes nostræ deo acceptæ sint futuræ, ex quo fieret, vt & salus a nobis virtute huius mysterij expectata, dubia foret. Quod ne accidat, immo salus nostra, quam digne participantibus hoc sacramentũ præbet, certa, atq; indubia sit, necesse est dominicis verbis dumtaxat, & nullis alijs, tantũ cõfici sacramentũ. Ad hæc, precibus quidem nostris non perficimus, sed tantũmodo rogamus, vt perficiaẽ sacra

mentum. Verba vero, quæ hoc diuinũ corpus operant̃, L
efficientia sacramenti esse debent, non vt conficiat̃ deprecantia. Ergo nõ nostris verbis, quæ non conficiunt, sed vt conficiat̃ orant tantũ opus, tribuendũ, sed verbis dominicis vere conficientibus, eo modo quo dominus ipse per eadẽ verba, vt legit̃ in euangelio, consecrauit. Præterea verba domini proferunt̃ a sacerdote, tanq̃ potestatem habente ea perficiendi, quæ ipsa verba significant, Precibus vero suis potestatẽ petit idem sacerdos, tanq̃ nondum habens. At eñ melius, certiusq; res ab potestatẽ habente, q̃ a nondum habente, sed vt eam habeat rogãte perficitur, faciliusq; id agit qui iam potest, q̃ qui posse se sperat. Nõ igitur supplicibus sacerdotũ, sed enunciatiuis domini verbis, effici credendũ est hæc sacra mysteria. Item dum rogat sacerdos, aut petit obtinere potestatem conficiendi mysterij, aut non. Si petit, non igitur inerat sacerdotis precibus ea potentia, quis enim peteret quod iam tenet? Quod si nõ petit, frustra rogat. Quapropter non ipsas sacerdotũ preces, sed domini verba eucharistiam confici manifestũ est. Adde, q̃ verborũ, quæ hæc mysteria conficiunt, nulla diuersitas, nulla mutatio esse debet. Vna eñ cuiusq;, & immutabilis forma est, qua mutata, totum etiã mutatur. Vnde Matthęus, & Marcus, & Lucas, & cum ijs apostolus Paulus, cum huius consecrationis mentionẽ faciunt, quæ a saluatore nocte qua tradebatur, perfecta est, eadem verba omnes, eodem modo pronunciant, q̃uis & in superioribus, & in sequentibus diuersi, diuerso modo sunt locuti. Hic pariter omnes dixerunt, Hoc est corpus meum, & hic sanguis meus. Preces vero, & supplicationes sacerdotum, quibus nonnulli existimant hoc mysteriũ cõfici, alias apud alios, & lõge quidẽ diuersas

M esse videmus. Alij em̃ optando, alij imperando id agũt. Siquidem Clemens, & Iacobus, Rogamus inquiũt, vt mittas spiritũsanctũ tuum super hoc sacrificiũ, qui efficiat hunc panem corpus Christi tui, & quod in hoc calice est, sanguinẽ Christi tui. Iacobus vero, Rogamus inquit, vt spiritussanctus aduenie͂s sancta, bona, atq; gloriosa eius præsentia sanctificet, & faciat hunc quidem panem corpus sancti Christi tui, & calicẽ hunc preciosum sanguinẽ Christi tui. At magnus doctor Basilius, Rogamus inquit, vt veniat spiritussanctus tuus super nos, & super hæc ꝓposita munera, & benedicat ea, sanctificet, & faciat hunc quidẽ panem, ipsum preciosum corpus, & vinum preciosum sanguinẽ domini, & dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui effusus est pro mundi vita. Diuinus autẽ Chrysostomus, Emitte ait, spiritum tuum, & fac hunc panẽ preciosum corpus Christi tui, quod vero in hoc calice est, preciosum sanguinẽ Christi tui, transmutans ea spiritu tuo sancto. Cũ igit̃ tanta sit in ijs differentia, atq; varietas, verba autẽ sacramẽti efficientia, immutabilia esse debeant, profecto non illa quæ alia apud alios sunt, sed hæc domini verba, quæ apud omnes eadem sunt, & ab omnibus eodem modo proferuntur, tanti mysterij formã esse, & ijs tribuendũ esse perficiendi potentiã, manifestũ est. per ea em̃ fit, vt sit quod est. Illud quoq; cõsiderandum est, ea esse alicuius rei efficientia, per quæ res illa ad esse producitur, ab alijsq; distinguit̃. Huius autẽ diuini mysterij nulla alia q̃ verba domini efficientia esse videntur. Ergo ipsa dũtaxat, & non sacerdotales preces, tantũ opus conficere dicenda sunt. Huius rationis prima quidem pars per se ipsa nota est, quare ea obmissa, minorẽ ꝓbabimus. Ipm certe cõsecrationis opus, & p̃ cõsecrationẽ effici͂t sacrũ

mysteriū in extrema prolatione verborꝫ conficientiū, N
quæcunq; illa sint,& in instanti fit. Siquidē panis & vi
ni substantia, in sua permanet natura, donec om̄ia illa,
quæcūq; sunt, quæ sacramentū perficiūt, verba dicunt.
Quibus dictis, mox cōsecratio fit, transsubstantialitas
perficit, cōsummat sacramentū. Quod & de baptisma
te beatus Augustinus ait. Aufer (inquit) verba, & quid
aqua, nisi aqua? Accedat verbū elemento, & efficitur sa
cramentū. Vnde tanta potētia aquæ, vt cū tetigerit cor
pus, purget cor, nisi ex eo qui verbo hoc facit. Cum igit
manifestū sit, per verba hoc sacramentū confici, decet
quæ ad hanc ex substantia in substantiā transmutatio-
nem, similitudinē aliquā habeant, eiq; conformia sint.
Vnde quoniā in hac transmutatione tria hæc esse neces
se est, terminū a quo, & terminū ad quē ipsa transmuta
tio fit, & modū ipsius trāsmutationis, quæ oīa illa signi
ficant. Talia vero esse verba domini facile ꝓbat. In ijs
em̄ cōtinet terminus a quo, per verbū hoc, nā nisi in ea
esset terminus a quo, non esset transmutatio, at in ea de
substantia in substantiā transmutatio fit. Hunc igit ter
minū significat illud hoc. Simili modo termin⁹ ad quē
eisdē verbis inest, nam sine eo termino nō esset transmu
tatio, sed potius corruptio, si nō in ens, sed ī nō ens mu
taretur. Hunc vero terminū dupliciter cōsiderare possu
mus. Aliqñ quidē ipm corpus & sanguinē intelligētes,
in quæ substantialitas fit, & hoc significat, cū dicit, cor
pus & sanguis. Aliqñ vero id cōsiderantes, vt hæc trās
substantialitas determinata, & particularis sit, & vna.
Quēadmodū in ijs etiā, q̄ ꝑ artē fiūt, sunt, vna cuiusq;
forma, & species est, ita etiā vnius operationis vnus ef-
fectus est, ꝓpter quod addit, meū. Tertiū vero, atq; po-
stremū, per qđ modus transsubstantialitatis exprimit,

o satis apte exprimitur per verbum est. Quod em̃ in instanti fit, iam non futurum, sed quasi factũ, & iam plane existens, non imperatiuo, non optatiuo, nõ cuiusuis alterius modi verbo, nec futuro quidem tempore, quae dubia sunt, nec id quod est, sed quod futurũ est, quod etiam non fieri posset, significat, sed ipso verbo est, temporis praesentis, & modi indicatiui, quod ipsum iam esse significat, sufficienter exprimitur, immo vero duntaxat hoc modo exprimi potest, & nõ aliter. Hęc igitur omnia adeo in hac naturali transsubstantialitate necessaria, cum nullis alijs, praeterquam dominicis verbis contineatur, sicuti ostensum est, profecto existimare cogimur, atque fateri, illa ipsa efficientia esse tã sacri mysterij, quibus nihil deficit, nihil superest, & nõ preces humanas, quibus aliqua desunt, quae magis necessaria forẽt. Praeter haec oĩa, cũ hoc ĩmaculatũ sacrificiũ, in sui memoriã fieri iusserit dominus, Hoc em̃ (inquit) facite in meã cõmemoratione, certe expressior eius memoria fit cũ illius verba ex sacratissimo illo ore plata repetimus, quam si alia quaecunque referamus. Quod cõfirmat Apostolus Paulus, dũ dicit, domini mortẽ in hoc sacrificio adnunciari. Quo em̃ modo adnunciari expressius potest, quam dũ corpus, & sanguis eius ,pprijs eius verbis, quam quibusuis alijs, tantũ confici sacramentũ, verũtamẽ cõcurrere patrẽ, ac spiritũsanctũ filio, ĩ hoc diuino opere trãssubstantialitatis panis & vini, in corpus & sanguinem Christi, fas est a fidelibus credi. Omnia em̃ opera in creaturis trinitati cõmunia sunt, nihilque fit oĩno, nisi creante filio, beneplacito patris, & spiritussancti voluntate. Ex ipso em̃, & per ipsum, & in ipso omnia, iuxta apostolum Paulum. Et rursus, Per quẽ & sęcula fecit. Et iterum, Portans omnia verbo potestatis suae. Et Ioannes

euangelista, Omnia per ipsum facta sunt. Et idem, Spiritus est qui viuificat. Et Paulus, Si eñ spiritus eius qui resuscitauit Iesum Christũ a mortuis, habitat in nobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, per inhabitantẽ in nobis spiritum eius. Et iterum, Omnia autẽ hæc operat̃ idem, atq; vnus spiritus, diuidens vnicuiq; prout vult. Et Dauid, Emitte spiritũ tuũ, & creabunt̃. Illud sane simpliciter tenendũ, & ꝓ generali quadã regula obseruandũ, Diuinę trinitatis operationes, si quis intrinsecus eam ipsam spectet, distinctas oĩno, ac separatas esse, aliquãdo etiã nullo modo inuicẽ cõicare, queadmodũ se habẽt generare & generari, spirare & spirari, & alia quędã similia. Extrinsecus vero, & quatenus ad creaturã spectat, vna est operatio, & idem opus patris & filij, & spũsancti, nihilq; est eoꝝ quæ in nobis fiunt, quod nõ ex tota trinitate emanet, vna tamen operatione, vna potentia, vna voluntate. Quare vnus etiã dicit̃ creator, & vnum principiũ eorũ omniũ, quæ sunt, quæ fiunt, trinitas esse creditur. Quibus autẽ verbis potius consentire decet patrem, & spiritũsanctum, q̃ filij, qui eiusdem est naturæ, eiusdemq; cũ eo substantiæ? Manifestũ hoc omnibus est contendere nolentibus. Est autẽ ad hæc necessarius & idoneus, & sufficiens minister. Sufficiens autem est, qui potestatem per consecrationem habuit, & sacerdos factus est. Nec eñ a quocunq; prolata eiusmodi verba efficere possunt quod quæritur, immo vero nihil oĩno possunt, nisi a sacerdote ꝓferant̃. Eius rei ratio est, ꝙ ita deo placitũ est, ita ordinauit, hanc tulit legẽ. Transgressori igit̃ legis, & volũtatis eius, dignũ paratũ est meritũ, ne quid facere possit. Oportet aũt sacerdotẽ cũ debita intẽtione ad e a quę dñs mãdauit accedere. Siquidẽ

Q mandauit nobis, vt in eius cõmemoratione hæc agere-
mus, vt sciamus corpus eius, & sanguinẽ (instrumenta-
liter ipsi facietes, cũ hæc operamur) mortẽ eius annũci-
are. Si quis em̃ vel verba domini, vel alia quælibet, qui
bus existimet hmõi sacramentũ cõfici, pronũciet, non
ad ea quæ dicta sunt intendens, seq; id agere quod ille
iussit arbitret̃, nihil omnino agit, sed suo frustratus desi
derio fallitur. Materiã præterea ad hæc aptam, & cõue
nientẽ esse necesse est. Oportet em̃ panẽ ex frumẽto, vi-
num ex vite fieri. Nisi em̃ granũ frumenti (dicit dñs) ca
dens in terrã, mortuũ fuerit, nullũ fructũ afferet. Et rur-
sus. Ego sum vitis vera. Quod si aliter sacerdos, etiam
cũ debita attẽtione, vel ipsa verba domini, vel alia quæ
cũq; pnunciet, vanus est omnis labor, nec em̃ vnq; ex
hordeo, milioue, aut alio seminũ genere panis factus,
neq; sicera, aut lac, aut mel in corpus & sanguinẽ domi
ni transmutaret̃. Hoc canones apostolorũ, hoc posterio
res doctores affirmant. Quãobrẽ hoc? Quoniã ille opi
fex rerũ ita voluit, ita cõstituit, transgredi aũt, & vitare
quicq; eorũ quæ ille ordinauit, nefas est. Hæc ergo ad
sacri mysterij cõsummationẽ necessaria prorsus sunt, &
sine quibus nihil oĩno fieri potest. Sunt autẽ alia quæ-
dã, quæ & si ad esse rei minime necessaria sint, multum
tñ cõferũt ad decorẽ, perfectionẽq; mysterij, ex quibus
si quid aliqñ iusta necessitate prætermittat̃, nulla iactu
ra fit. Huiusmodi sunt, mysteriũ sup altari cõficere, sa-
cerdotalibus vestibus indui, sacerdotem multa & ante
verba domini, & post, in laudẽ dei, in narrationẽ operũ
suorũ, in impetrationẽ vitæ æternæ, partim a sacerdoti
bus, partim a populo dici. Vnde & alia apud alios dicũ
tur, & apud quosdam plura, apud alios pauciora. Hinc
est, q; Basili⁹, Iacobi, Chrysostomus vero Basilij missas:

breuiores fecerunt;q̄ nō necessaria forent oīa quæ dice- R
bant. Nemo em̄ necessariū quicq̄ detrahere p̄sumpsis-
set. Q̄ si quis nunc, nō p cōtemptū ecclesiæ, quæ ita or-
dinauit, nec tanq̄ nouā introducēdo heresim, sed ineui-
tabili aliqua necessitate coactus, sola dominica verba
cū debita intētione protulerit, ipsa dūtaxat quæ ille di-
xit, & fecit, dicens & faciens, dūmodo sacerdos sit, con-
uenienteq̄ materiā habeat, p̄fecto verū Christi corpus
sanguineq̄ perfecit. Cōtra vero, si quis cætera omnia,
& alia pene infinita p̄ferens, verba domini omiserit, lu-
sit operā (vt aiunt) nihilq̄ peregit. Q̄ si forte quispiā ijs
minime cōtentus, auctoritatē quærat, & quid doctores
eccl'iæ senserint, audire desideret, in primis videat Am-
brosiū, ætate quidē præcedentē cæteros, sapientia vero
ac vitæ sanctitate, nulli vel orientaliū, vel occidentaliū
cedentē. Hic in sermone, quē de sacramētis scripsit, ita
inquit. Quomodo em̄ panis potest esse corpus Christi?
quibus verbis, aut quorū verbis hæc sacramēta perfici-
untur? Et addit, Ipsis dn̄i nostri Iesu Christi. Et infra.
Cū autē hoc sacramentū perficit, nō p̄prijs verbis sacer-
dos, sed ipsius Christi vtitur, verba em̄ Christi hoc sa-
cramentū cōficiunt. Et post pauca. Ante consecrationē
panis est, verbis aūt Christi dictis, mox corpus Christi
est. Accipite em̄ (inquit) comedite ex eo omnes, hoc est
corpus meū. Similiter ī calice ante verba domini vinū
est, aqua mixtū, Christi verbis operantibus sanguis effi-
citur. Rursus idē Ambrosius, cū multa signa, & miracu-
la cōmemorasset, quæ solo domini verbo facta fuere,
vniuersumq̄ mundū verbo eodē ex nihilo esse p̄ductū,
multaq̄ alia orationibus, & benedictionibus humanis
facta ostendisset, postremo hæc addit. Si igit̄ tantū po-
tuit humana benedictio ad transmutandā rerū naturā,

quid de hac diuina cõsecratione dicemus, vbi ipsa verba saluatoris operantur? Hoc enim sacramentũ quod accipis, verbo Christi conficitur. Aliis quidẽ locis idẽ doctor multo plura in hanc sententiã manifestissime dicit. Augustinus vero sanctissimus & ipse doctor, Diuini corporis cõsecratio, inquit, a katholica æcclesia creditur nõ magis a bono, nõ minus a malo sacerdote cõfici. Neq; enim merito cõsecrãtis, sed creatoris efficitur verbo. Et alibi, Credendũ Christi verbis sacramentũ confici, cuius enim potentia prius creata sunt ea quæ sunt, huius certe verbo ad melius mutantur. Idẽ in. ii. de verbis domini, Ante verba domini (inquit) quæ, hoc est corpus meũ, dicunt, panis dicitur quod offertur, verbis aũt illis dictis, nõ amplius panis, sed corpus vocatur. Et rursus in expositione sup Ioanne, Vocatur corpus, & caro Christi, qđ caro cõtinere nõ potest. Cõficiunt aũt illud carnis verba, quę ipsius carnis Christi verba fuerũt. Ait enim, Hoc est corpus meũ. Quid clarius iis testimoniis, quid manifestius esse potest? Neq; enim hos doctores quisq̃ mentis cõpos, & christianus esse desiderans respueret, quos sacræ oẽs synodi, vt cõmunes æcclesiæ doctores acceptarunt, quos vt sanctos, ac deo acceptissimos, magnis præconiis extulerunt, quorum memoriã cũ summa laude, nõ modo occidentalis, verũ etiã oriẽtalis æcclesia celebrat. Manifestũ est igitur, hos nõ obscure, neq; sub dubio, sed palã, & manifeste sensisse, sacratissimis illius dñi verbis hoc sacramentũ cõfici, Hoc est corpus meũ, & hic est sanguis meus. Quid igitur? Hi quidẽ hoc modo dicũt, orientales vero aliter sentiũt. At hoc modo non idẽ in eis locutus fuisset spiritus, nec sanctispũs, sed vẽtris sui eructatiões essent sermones eorum. Nunc vero vnus, atq; idẽ spũs locutus est per os vtrorũq;. At queadmodũ in cæteris om

nibus,ita etiã in hoc sacramẽto cõcordes sunt occiden talibus orientales. Audi em̃ quid aurea illa Ioannis lingua, in.lxxxij. super Matthæũ homelia dicat. Nõ sunt inquit,humanæ potẽtiæ opera,quæ proposita sunt, qui tunc ea fecit in cœna,ipse nunc ea q̃q; operat̃,nos ministrorũ locũ tenemus, qui vero sanctificat, & ea mutat, ipse est. Rursus idẽ in. xxvij. sup prima ad Corinthios homelia ita inquit. Quõ Paulus a dño accepit? nõ em̃ aderat tunc,sed vnus erat ex persecutoribus. Vt intelligas (ait) nihil plus illam mensam habuisse, q̃ habeant hæ posteriores.Nam & hodie ipse est qui operat̃, & tradit,quemadmodũ & tunc. Vides ne igitur,vt nos ministrorum locum tenemus,qui vero ea sanctificat, & mutat,ipse est. Vides vt ipse est,qui omnia operatur, & tradit,queadmodũ & tũc.Persuade igitur tibi,ipsum esse, qui ea mutat,nec orationi tuæ,quæ dubia est,sed infinitæ illius potentiæ hoc tribue. Dices fortasse, haud tibi contradicere hunc doctorem, etenim te quoq; & sentire,& profiteri illum esse,qui hæc operatur,sed per orationes,sed per preces sacerdotis.Atqui multũ interest, operari aliquid,& omnia operari. Tu nãq; spiritũsanctum ais descendentem tuis precibus, sanctificare hæc munera, q̃uis etiã verba domini aliquid operent̃. Hic vero doctor sanctissimus,ipsum inquit saluatorem hęc perficere,ipsum omnia operari. Nec addit precibus sacerdotũ id fieri.Quod certe addidisset,si sciuisset necessarium fore,subticuit autẽ,tanq̃ non necessarium.Qui em̃ omnia facit, nullo indiget operatore. Verum ex illis Chrysostomi, quæ supra memorauimus verbis, discitur quædam haud contemnenda consideratio. Ait em̃ non accepisse Paulum a Christo hanc traditionem, cum tamen ipse se accepisse asserat. Et recte quidem

T

V Chrysostomus. Erat em̃ tum Paulus persecutor, & hostis nominis Christi, & multo post ascẽsionẽ saluatoris in cœlos, sacrã fidẽ ab eo qui sibi in viã fuerat obuius, didicerat. Quibus igit̃ tradentibus accepit? Nẽpe apostolis, & ijs quidẽ nõ verbo tantũ docentibus, sed monstrantibus opere. Paulus vero tradidit nobis, quæ acceperat. Cũ autẽ ea sola tradiderit, quæ in epistola ad Corinthios scribit, certa illa sola accepit, & illa sola apl'os facere vidit. Nam si plura facere vidisset, ea quoq; tradidisset. Nihil autẽ in ea epistola dicit amplius, nisi Christũ accepisse panẽ in manus suas, benedixisse, dedisse discipulis, atq; dixisse, Accipite & comedite, hoc est corpus meũ. Idẽ igitur omni ex parte apostoli, quibus tradentibus Paulus id accepit, faciebant. Hoc tantũ accepit ab illis Paulus, hoc tradidit nobis. Postea vero, siue Clemens, siue Iacobus, siue alius quicũq;, alias orationes, & hymnos, & cantica, nõ ad necessitatẽ, sed ad ornatũ addiderũt. Quę cũ ita sint, satis cõstat beati Chrysostomi testimoniũ adeo clarũ, atq; apertũ esse, vt nulla excusatio, nullũ subterfugiũ calumniantibus relinquatur. Audiamus nunc eundẽ doctorẽ, seip̃m exponentẽ, & ita rem hanc declarantẽ, vt nullus q̃uis audax, & cõtentiosus contradicere ausit. Hic in ea homelia, quã de ꝑditione traditoris, & sacramentoꝝ traditione cõscripsit, ita inquit. Adest nunc quoq; Christus, qui illã mensam fecit, ille ipse nunc etiã ornat. Nõ est em̃ homo, qui hæc munera facit corpus & sanguinẽ Christi, sed qui crucifixus est pro nobis Christus. Figurã quidẽ adimplens astat sacerdos, verba illa ꝓnuncians, potestas vero, & gratia tota Christi est. Hoc est corpus meum, ait. Hoc verbũ res ꝓpositas transmutat. Nam queadmodũ vox illa, qua dictũ est, Crescite, & multiplicamini, & re

plete terrã, semel quidẽ dicta est, semper autẽ fit, opere X naturæ nostræ vim præbens ad generandũ. Ita hęc q̃q; vox semel dicta in singulis aris, ex eo tẽpore vsq; ĩ præsentẽ diem, & vsq; ad Christi aduentũ, hoc sacramentũ integre perficit. Verũ ad hæc dicere soletis, Queãdmodũ verbũ, quo creata sunt omnia, nõ ipsum solũ sufficere ad productionẽ eorum quæ fiunt, sed maris & fœminę cõiunctionẽ requiri, vt animaliũ genus propagetur, cultumq; terrarum, & agricolarũ opera necessaria esse, vt quę nascuntur e terra producantur, & coalescant, Eodẽ modo solũ saluatoris verbũ haud sufficere, sed & preces sacerdotis, & benedictionẽ, & alia pleraq; necessaria esse ad hoc mysteriũ perficiendũ. Hæc eñ Marcus, Ephesinus antistes, ex dictis Nicolai Cabasilæ sumpta, obijcere solebat, & si longe impar ingenio, acutius sane multo ille disputauit, quanq; nec ipse quidẽ dignum aliquid dissetuit. Eniuero admirandos simul, atq; deflendos illos cẽseo, qui sponte sua ad clarissimas res, & ipsam veritatẽ oculos claudunt, & ita vt tam clara, atq; aperta sanctissimi doctoris verba peruertere conentur, & ita cõtra propriã salutẽ exponere, vt omnibus contemptui sint, atq; derisui. Quid eñ ait sanctus doctor? Figurã adimplẽs astat sacerdos, verba illa pronuncians, potentia vero, & gratia tota Christi est. Hoc est corpus meũ, ait. Hoc verbum res ꝓpositas transmutat. Quid hoc certius desideras? Illa inquit verba a sacerdote pronũciata. Quæ aũt illa sint, subiungit, Hoc est corpus meũ. Illa inquã, res ꝓpositas transmutãt. Fit ergo transmutatio per illa verba, nõ a sacerdote, sed a Christo, cuius tota gratia, & potestas est: Sacerdos enim figura, Christus vero veritate hæc transmutat, sacerdote verba eius, queãdmodũ ille statuerat, ꝓnunciante. Et rursus hoc verbũ sacramentũ

Y integre perficit. Confidera homo, quid integra hæc perfectio significet, attende quid velit hoc verbũ, res ꝓpositas transmutat. Noli peruicaciter cõtra propriã salutẽ contendere, & huius sententiæ magis præcipuis, ac manifestis partibus reiectis, peruertere reliquas. Nec enim Ephesinus ille, nec Cabasilas integrã istã sententiã adducunt, sed quibusdã eius partibus recitatis transiliũt, fragmenta eius quædã, velut indocti iuxta Platonẽ, coci, qui nesciunt, voluntve per artus diuidere, nonnulla proferentes, cætera vero, quæ magis ad rem facerent, silentio prætereuntes, & hoc modo obtenebrantes veritatẽ. In primis itaq;, sicut supra dictũ est, ex huiusmodi verbis sancti doctoris, nõ hic, quem vos dicitis, sensus colligit̃. Deinde (o bone vir) nõne illic auctor, atq; opifex omniũ rerũ, marem & fœminam ea lege creauit, vt nõ nisi per cõiunctionẽ eorũ, animalia ꝓpagarent̃: rursusq; in alijs, semen nasci & ex terra ordinauit, vt seminetur, seminatũ nascatur, natũq; multiplicet̃: At idcirco necesse est ita fieri. Oportet eñ esse arantem, oportet esse serentẽ, oportet esse generantẽ, omnesq; diuinæ obtemperantes voluntati, hoc est ita agẽtes, vt ille statuit. Statuit eñ eo modo, quo diximus. Quemadmodũ illa vox, qua dictũ est, Crescite, & multiplicamini, opere naturæ nostræ vim præbet ad generandũ. Opere (inquit) naturæ nostræ vim præbet, hanc scilicet ei legem imponens, vt illa quod suũ est agat, ipsa vero omnẽ vim præbens. In hoc vero diuino, de quo agimus sacramẽto, dũtaxat apostolos sacerdotes efficiẽs, & materiã panis, & vini, qua ipsi quoq; vterent̃, ostendens, tradidit eis formam, qua sacramentũ conficerẽt. Hæc autẽ sunt verba eius, Hoc est corpus meũ, & hic est sanguis meus. Quę semel a saluatore dicta, ait sacratissimus doctor, semꝑ

operari,non cooperari,nec cuiusq́; præsidio egere. Magnam em̄,immo maximā omniū vim haberet humana verba,si quid auctoritatis,aut potētiæ diuinis adderēt, immo vero illa excellerēt dignitate, quod etiā cogitare impiū est,atq; nefariū. Cooperātur (inquit Ephesinus) dominicis verbis, sacerdotis preces. Quō (o bone vir) cooperant̄? An tanq̄ per se insufficiētibus,an tanq̄ sufficientibus? Si tanq̄ sufficiētibus, superflua certe,& vana est tua oīs oratio. Si tanq̄ nō sufficiētibus, heu quæ improbitas est,quę blasphemia dicere,vt quod diuinis deest verbis,hominis suppleāt preces? Præterea cū verba hæc dicis,simul cū oratione totū perficere,vtrūq; imperfectū putas,necesse est igit̄, vt aliud tertium adueniens id agat. Quid vero hoc sit, tu quæso nobis aperi. Neq; em̄ spiritūsanctū id esse dices. Siquidē hoc est qđ quæritur,an quodlibet eorū per se,an ambo simul spiritūsanctū ad id agendum inclinet? Q, si ambo contendis id posse,intelligas necesse est, q̄ si ambo simul hoc possunt, quatenus mihi dominica verba continent̄, ea sunt quæ conficiunt sacramentū,siue sequat̄,siue nō sequat̄ oratio. Itaq; nihil eis ad hoc addit oratio sacerdotis, nec illis aliquod necessariū est aliunde præsidium. Q, si quatenus supplicat sacerdos,vt descendens spiritussanctus illa sacrificet munera, eatenus dūtaxat cōsecrantur,nihil ergo operant̄ verba dominica,nec verum dicit Chrysostomus,cū ea asserit semꝑ operari,& transmutare,& integre ꝑficere, nec cooperat̄ ei hoc modo sacerdotis supplicatio(vt tu ais)sed totū operat̄. Quid igitur corrumpis verba sacri doctoris? non recte ea exponens, & de sacramento eucharistiæ falsam habes opinionē. Atqui(inquis) etiā baptisma sola sacerdotis oratione perficit̄. Etiā in hoc erras, & veritas in te non est.

A Etenim baptiſma quoq; dominicis perficit̃ verbis. Euntes em̃ inquit, baptiſate eos in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti. Tũc perficit̃ baptiſma, qñ dicit ſacerdos, Baptiſet̃ ſeruus dei, aut baptiſo te in noĩe patris, & filij & ſpũſſancti. Vnde ſi quis etiã nihil aliud præter hæc verba dixerit, recte baptiſat, & qui hoc modo baptiſatus fuerit, ſalutẽ adeptus eſt. Ecõuerſo vero, ſi quis cętera dixerit, & infinitas ad deũ porrexerit preces, hæc vero prætermiſerit, nihil omnino ægit. In hũc modũ apoſtoli p impoſitionẽ manuũ, & benedictionẽ, & pnũciationẽ hoꝝ verboꝝ baptiſabant. In hunc modũ euchariſtiæ myſteriũ cõſecrabant. Nondũ orationes, nondum hymni, nondũ cætera, quæ in ęcleſia dicunt̃, cõpoſita erant. Cogitemus em̃ (quod fieri certe potuit) ipſo paſſionis die, aut ſequenti, Petrũ, vel aliũ quẽlibet ex apoſtolis, in memoriã Chriſti, & paſſionis eius, ſacramentũ altaris cõficere voluiſſe (neq; em̃ credibile eſt, nõ aſſidue eos illius meminiſſe, in cuius cõmemorationẽ id fieri mandauerat) quibus alijs verbis id eos feciſſe exiſtimabimus, niſi dominicis? & poſt cœnã, quod etiã longo tẽporũ interuallo obſeruatũ eſt, & cõmunibus veſtibus indutos. At hæc verba (inquis) narrãdo recitata, nõ poſſunt ſacramentũ cõficere. Non aũt tanq̃ rei geſtæ ſeriẽ narrans, ſacerdos hæc verba profert, ſed tanq̃ perſonã Chriſti indutus, vt ita ea proferens, quaſi dominus eſſet qui loqueret̃, & eam habẽs intentionẽ, vt per verba illa, iuxta illius mandatũ, qui ita præcepit, corpus Chriſti, ſanguinẽq; conficiat, quẽadmodũ ille fecit, fecit aũt per ea, quæ ſupra memorauimus verba. Poſſunt hęc ſane duobus modis accipi. Aut tanq̃ ab euangeliſtis relata, & tunc narratiue accipiunt̃, euãgeliſtis ſcilicet ea quæ Chriſtus in illa ſalutiferæ paſſionis nocte ęgit, nar

rantibus. Aut tanquam a sacerdote prolata, intentionem habente, vt iuxta ordinem a saluatore traditum, sacramentum hoc cōficiat, & tunc nō narratiue, sed enunciatiue proferuntur, cū intētione cōficiendi mysterium, iuxta imitationē Christi, & quasi ipse esset, qui & diceret, & faceret. Idcirco sacri doctores asserunt, necessariā in primis esse sacerdoti rectā intentionē, & propositū ea faciendi, quae dicta sunt, quippe sine illa nihil omnino confici posse. Quēadmodū si quis regum per aliquē ex ijs, qui apud se gratia, & auctoritate valēt, voluntatē suā cupiēs subditis suis facere manifestā, & ita id apud illos valere, ac si se animū suū exprimētē audirēt, sanciat, vt ita illa verba in prima persona referat, vti a se dicta sunt, populusque ita prolata audiens, tanquam ab ipso rege dictis obtēperet. Manifestū est enim, quod si hac lege lata, veniens ad populū nuncius ita dicat. Rex vestrae salutis cupidus, vestrāque rempu. in foelicitate, ac copia omniū rerū tenere desiderans, cōtinue ijs rebus inuigilat, & leges cōdit, quas ad id existimat vtiles, ac necessarias, vnde cū in multis aliorū exempla secutus, tum plurimorum ipse inuentor, hāc legem sancit. Volo quēlibet vestrū, qui conditis a me legibus paruerit, talentū auri ex ęrario publico tot annis accipiat. Profecto nec narratiue hęc dicit, sed simul atque dicta sunt, rata fiunt, quę iubent. Quamobrē? quia rex ita sanxit. Eodē modo hic intelligendū est, talem a dño sacerdotibus traditā potestatē, vt eius verba ab illis in prima persona, & tanquam simul ab eo dicerent prolata, totum efficiant. Aut cur illi quidē suffecerunt haec verba, nobis vero nō sufficiunt? Si enim illi suffecerūt, & nobis vtique sufficere debent, potentia illius, & tanquam ab illo dicēte prolata. Quod si nobis aliquid necesse est addere, imperfecta sunt verba illius. Absit aūt a pijs mētibus talis

C cogitatio. Quã eñ alij potestatẽ per consecrationẽ accipiunt sacerdotes, nisi illã, Christi personã posse subire, & pro eo nobis adesse, & quẽadmodũ ille fecit, corpus eius posse consecrare, fecit autẽ illa per verba quæ diximus. Enimuero simpliciter orare quisq; posset, imo vero efficacius sæpenumero orarent multi nõ sacerdotes nõnullis sacerdotibus. Siquidem pleriq; sacerdotes ita viuunt, vt nõ sint deo accepti, plurimi vero ex sæcularibus, ita ob eorũ bonitatẽ deo chari sunt, & grati, vt plerũq; miraculis decorari mereanẽ. Si igitur vel sola oratione, vel ea præcipue hæc sacramẽta perficerent, certe magis perficerent a viris iustis, quis nõ sacerdotibus, q; ab indignis sacerdotib9. Hoc vero falsum est. Perinde eñ sacramentũ conficit sacerdos, quis malus, atq; peruersus, vt optimus, atq; sanctissimus. Sæcularis vero persona, qlibet fide, religioneq; excellat, nihil oĩno potest, quia nullam ad faciendũ a domino potestatẽ acceptit, cum sacerdos acceperat maximã. Si igitur nõ est vis oratiõis, quæ hoc facit, esset eñ omnibus cõmunis, superest vt pro Christo adsint nobis sacerdotes, eiusdẽ in hoc potestatis, qui & instar illius operari possint, & annunciare populo, quæ ille præcepit. Hoc eñ inquit, facite in meam cõmemorationẽ. Hoc scilicet quod ipe feci, accepto pane, & vino in manibus, respiciẽdo in cœlum, frangendo, benedicendo, gratias agendo deo patri, & in corpus, & sanguinẽ p ea verba, Hoc est corpus meũ, & hic est sanguis meus, trãsmutando. Hoc eñ ea trãsmutat, hoc ea integre perficit, vt beatus Chrysostomus ait. Hæc quidẽ (nisi me animus fallit) satis superq; esse videnẽ, ad obduranda omniũ ora, qui tam apertæ, ac manifestæ rei cõtradicere conanẽ. Audiamus tamen si placet, etiã Gregoriũ Nissenũ, virũ & doctrina, & vi-

tæ sanctitate excellentẽ. Is in Cathacherico eius sermone,de diuinis sacramẽtis ita inquit. Recte igit̃ & nunc D panẽ diuino verbo sanctificatũ,in corpus dei verbi trãsmutari credimus. Nã & illud corpus,intelligit aũt corpus assumptũ ex virgine,panis potẽtia erat, sanctificatus vero fuit habitatione verbi in carne habitantis, a q̃ ita panis,qui in illo corpore erat, transsubstãtiatus fuit in diuinã potentiam,per eũ nunc quoq; equaliter fit,& ibi eñ gratia verbi sanctum fecerat illud corpus,qđ ex pane consistebat. Et illud quodãmodo etiã panis erat, & hic similiter panis(quemadmodũ Apostolus ait)sanctificatur per verbũ dei,& orationẽ,nõ comestionẽ, ad hoc ꝓcedens,vt corpus verbi fiat,sed mox ad corpus ꝑ verbũ transmutat̃,queãdmodũ ab ipso verbo dictũ est, Hoc est corpus meũ. Quid clarius, certiusve ijs audire desideras? Panis (inquit)verbo dei sanctificat̃. Hoc in primis probat manifeste, verbo dei sacramentũ hoc cõfici. Deinde modus ꝓbationis idem apertius ostendit. Corpus(ait)potentia panis est,quia pane constat. Alimentũ eñ(vt Aristoteles docet)primo quidẽ dissimile, postea vero simile fit eius cuius est alimentum. Corpus igit̃ quod ex virgine dominus assumpsit,potẽtia panis erat. At tale corpus ex virgine assumptũ, quod potẽtia panis erat,nõ fuisset aliter sanctificatũ, nisi verbum illud carnem illam inhabitasset. Ita nunc panis quoq; altaris,non aliter q̃ per verbum dei, & orationem sanctificatur. Cuius rei testem Paulum citat. Q̃ autẽ ait, per orationẽ, nihil corroborat aduersarioꝝ rationẽ. Siquidẽ Apostolus in prima ad Timotheũ epistola, hoc de cõmunibus cibis dicit. Hic vero doctor non de omnibus quæ illic dicunt̃, illius vsus est testimonio,sed dũtaxat, quantũ ad confirmationẽ propositi sui spectat,

E de transmutatione, quæ fit per verbū dei. Vnde paulo post cōcludens ait, Mox ad carnē transmutať. Et ad huius confirmationē subiūgit, Quoniā ipse dixit, Hoc est corpus meū. Aduerte quæso cū cætera omnia, tum qđ in fine ait, ꝙ mox per verbū transmutať. Verbū vero inquit esse, Hoc est corpus meū. Nōne (oro te) verbū illud mox, nō relinquit locū orationibus? Si igiť verbū illud hoc est corpus meū, mox transmutat, manifestum illud solū esse est, quod transmutat, aliter eñ nō mox, sed aliquo, & nō paruo interiecto tēpore, transmutatio fieret. Ita certe inter se cōueniunt sancti patres & doctores nostri, ita sibi inuicē cōsentanei loquunť, siue orientales, siue occidētales. Quippe Damascenus in libro sentētiarū, cap℗o. xxiij. ita inquit, Non est panis figura corpis, & sanguinis Christi, absit, sed ip̄m corpus Christi deificatū. Et vnde hoc sanctissime doctor? Hoc habem⁹ ab ipso (inquit) domino, dicente, nō, hoc est figura corpis, sed ip̄m corpus meū, & nō figura sanguinis, sed ip̄e sanguis meus. Verba igitur illa, Hoc est corpus meū, etiā iuxta sententiā illius doctoris faciunt, vt panis altaris verū Christi corpus sit, credaturqꝫ. Sed ijs omnib⁹, quæ supra memorauimus, quasi vltimā manū imponit epistola doctoris gentiū ad Corinthios, de huius sacratissimi mysterij traditione speculantis. Ego eñ inquit, accepi a domino, quod & tradidi vobis. Deinde enumerat quæ accepit. Primo itaqꝫ videamus, si libet, an sufficiēter tradiderit. Patet siquidē manifeste eū tradidisse, neqꝫ eñ imperfecte accepit, neqꝫ minus ꝙ̄ acceperat tradidit, sed quidquid decebat, & necesse erat circa huius sacramenti mysteriū fieri, & accepit, & tradidit. Accepit autē hæc, ꝙ scilicet dominus Iesus, qua nocte tradebať accepit panē, & gratias agens fregit, & dixit. Accipite,

& mãducate, Hoc eſt corpus meũ, qđ ꝓ vobis frangit, F Hoc facite ĩ meã cõmemoratione. Siſ'iter & calicẽ, poſt ꝙ cœnauit, dicẽs, Hic calix nouũ teſtamẽtũ eſt in meo ſanguine, Hoc facite ꝗtiẽſcũq; biberitis ĩ meã cõmemo ratione. Et nihil p̄ terea addidit, qa em̃ nihil amplius ac ceperat, nihil amplius tradidit. Et addidit modũ conſe crationis diuini corporis, & ſanguinis, om̃i ex parte ſuf ficiẽtẽ, atq; perfectũ, quali vſus fuit Chriſtus, qualẽ ab eo ipſo accepit. Accipere .ſ. panẽ, gratias agere, frãgere & dicere, Accipite, & manducate, Hoc eſt corpus meũ, & hoc modo cõficere ſacramentũ. Quid obſecro horũ conſecrat diuiniſſimũ illud munus? Profecto nõ accen ptio panis, hoc em̃ ſubiectũ eſt conſecrationis, quod in corpus dñi trãſſubſtantiari oportet, Nõ gratiaꝝ actio, nõ fractio, quaꝝ altera ad cõmemorationẽ ineffabiliũ erga nos beneficioꝝ dei, altera ad diſtributionẽ neceſ ſaria eſt. Supereſt igit, vt verba illa ſint quæ cõſecrent, Hoc eſt corpus meũ, & hic eſt ſanguis meus. Et ita exi ſtimandũ eſt, & tunc fuiſſe cõſecratũ, & nũc cõſecrari, cõcurrẽtibus ſcilicet (vt dictũ eſt) & patre, & ſpũſancto, cũ omnia in creatura opera, ijs tribus cõmunia ſint. Ve rũ ſaluatori quidẽ haud neceſſe fuit, patrẽ & ſpiritũſan ctum palam ad hoc opus inuocare, cũ vnus, idemq;, & vnius cũ illis ſubſtantiæ ſit, propter quod quicquid ab eo vel fiebat, vel dicebat, idem ab alijs quoq; fiebat, di cebaturq;. Nos vero fas eſt, & nominatim illos inuoca re, & vt munera noſtra ſanctificent precari. Verũ id nõ alio atq; alio modo agere, nec alio atq; alio tẽpore, ſed & quo tẽpore domini ꝓnũciamus verba, & quo modo verba ſignificant. Q; ſi illũ tanꝙ hominẽ diceremus, dum gratias agebat beneficijs acceptis, oraſſe etiã taci te patrẽ & ſpiritũſanctũ, vt ad eã cõſecrationẽ cõcurre

G rent, deinde verbis ille prolatis mysteriũ peregisse, nõ sine ratiõe diceremus. Eodẽ igitͬ modo & nos agere necesse est, inuocato scilicet patre, & filio, & spiritusancto nominatim, & manifeste, siue ante verba dñi, siue post, seu vtroq; modo, nihil eñ interest, vt postea differem⁹, ita demũ prolatis domini verbis, sacrũ hoc mysteriũ cõficere. Ita accepit Paulus, ita nobis tradidit, transgredi autẽ traditionem eius neq; possumus, neq; debemus, si discipuli eius, immo vero Christi, & esse, & vocari cupimus. Abunde vero superius demonstratũ est, quoniam Paulus hanc traditionẽ non a Christo, sed ab apostolis accepit, nõ modo verbo hoc, sed opere etiã ita facientibus, manifestũ esse nõ aliis, q̃ Christi verbis, ipsos etiã apostolos post Christũ cõsecrasse, & cęteris eundẽ mysterij ritum tradidisse. Præterea hoc idẽ ostendũt populi ad ea verba respõsiones. Sacerdote eñ verba illa alta voce, vt vos Græci soletis, pronũciante, assistens pp̃ls in vtraq; parte respõdet, Amen, quasi dicat, vere ita est, vt tu dicis. Amen eñ cũ affirmandi apud Hebræos aduerbiũ sit, Gręce idẽ quod vere significat. Amen igitur ad ea verba respondẽs populus, certe inquit, corpus & sanguis Christi sunt munera ista ꝓposita, ita credimus ita confitemur. Et quõ, quæso te, nõ esset turpe putãdũ eos qui doctiores haberi volunt, ea ignorare, quæ sæculares, & sacrarꝫ literarꝫ ignari, respõdendo Amen, manifeste se scire significant? Quid, nõne assistẽs sacerdoti diaconus, eiq; ministrans, dum sacerdos alta voce (iuxta orientalis æcclesiæ ritũ) verba illa ꝓnũciat, Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, ipse ꝓpria stola, duobus primis digitis tacta, panem, & calicẽ ostendit? nihil certe aliud significans, nisi panẽ illũ Christi esse corpus, & quod in calice est, esse sanguinẽ eius, quẽadmo-

modũ verbis illis asseritur. Et hæc sane ostendẽs diaco- H
nus, nõ mentit̃, & nõ mentiens cũ ijs sentit, qui sola do-
mini verba aiunt hoc sacrũ perficere sacramentũ. Neq;
eñ frustra tales institutæ sunt ab ęcclesia cerimoniæ. Il-
lud quoq; haud cõtemnendũ videt̃, q̃ cũ duo sacramẽ-
ta nobis a saluatore tradita fuerint, baptismus, & eu-
charistia, vtrũq; verbis suis cõfici iussit. Etẽim baptism⁹
(queãdmodũ supra memorauimus) per verba illa cõfi-
citur; Baptisate eos in noĩe patris, & filij, & spũssancti.
Cuius rei testimoniũ est, q̃ patres nostri sancti æcclesię
doctores, qui statuerunt, qui nam ex ijs qui ab hereticis
ad catholicam reuertunt̃ ęcclesiã, rebaptisandi sint, qui
nõ, eos haud rebaptisandos esse cẽsent, qui in nomine
trinitatis semel fuerint baptisati. Quod etiã expositor
synod aliũ canonũ apud Gręcos videt̃ cõfirmare. Is eñ
in quadragesimoseptimo apostolorũ canone ita inquit.
Vere baptisat̃ aliquis, cũ scd̃m vocẽ domini semel ba-
ptisat̃, In noĩe patris, & filij, & spũssancti, tanq̃ pnun-
ciatione trinitatis, & fidei in ea, iuxta dominicã traditi-
onẽ, perficiat̃ baptismus. Si igitur hæc duo sola sacra-
mẽta in euangelijs manifeste tradita legimus, alterum
vero eorũ, hoc est baptismus, dominicis perficit̃ verbis,
profecto & illud quoq;, hoc est eucharistiã, diuinis illis,
& a deo traditis verbis, cõfici existimãdũ est. Siquidẽ
in omni genere rerum quatuor esse causas oportet, effe-
ctiuam, formalẽ, finalẽ, & materialẽ. Forma aũt huius
sacramẽti, verba sunt dominica, & nihil aliud. Propter,
quod vnũ idemq; esse decet vnumquodq;, cũ & forma
vna sit, propter quam est quod est, & esse dicitur. Hæc
vero ipsa sunt verba saluatoris, quæ apud omnes sunt
eadẽ, quod minime habent sanctorum preces, cum ali-
ter & aliter, & alijs atq; alijs verbis, diuersi supplicent.

¶ Hunc modũ & apoſtoli a ſaluatore (vt credendũ eſt) & ab apoſtolis ſancti patres poſtea ſumentes, in ſingulis æccleſiæ ſacramentis, queadmodũ materiã ꝓpriã, ſine qua nullo modo fieret quod ꝓponit̃, ita etiã ꝓpriã formam ſtatuerũt. Hoc catholica quidẽ Latinoꝝ æccleſia vſq̧ in pręſentẽ diẽ obſeruat. Et verba illa (quibus vnũ quodq̧ tanq̃ p materiã pficit̃) nulli nõ ſacerdotũ apud eos notiſſima ſunt. Noſtri vero (vt multa alia, quæ primũ apud noſtros ortũ habuerũt, ꝓpter calamitates tẽporũ perdidere) ita etiã horũ rituum ſunt obliti. Quod manifeſtũ fiet, ſi quis ad chriſmatis ſacramentũ mentẽ cõuerterit. Etenim ſecunda Echumenica ſynodus, verba quæ ſacrũ chriſma perficiũt, tradens, in ſeptimo canone ita inquit. Obſignantes, hoc eſt ſacratiſſimo chriſmate eos chriſimantes, dicimus ſignũ doni ſpũſſancti. Et hæc verba (ſcd'm eos) chriſmatis ſacramentũ pficiũt. Hoc idẽ in cæteris diligens inueſtigator inueniet. Quę igitur de diuino euchariſtiæ ſacramento ſanctoꝝ opinio ſit, quæ Chriſti, quæ Pauli traditio fuerit, ſatis (niſi me animus fallit) ſupra demonſtratũ eſt. Manifeſte em̃ apparet, orientales, atq̧ occidẽtales omnes eiuſdem in hoc eſſe ſententię, vt ſcilicet verba dñi ſint quæ ſacrum corpus Chriſti, ſanguinẽq̧ cõficiãt. Idem affirmat, idẽ ipſe dominus aſſeuerat. Nunc reliquũ eſt, vt tertiã aggrediamur partẽ, & rationibus, quæ in cõtrariũ adduci ſolent, ſolutis, finẽ operi imponamus. Sũt aũt tres præcipuæ. Vna eſt auctoritas ſanctorum æccleſiæ doctoꝝ Clemẽtis, Iacobi, Baſilij, & Chryſoſtomi, qui omnes in miſſis, quas ipſi cõpoſuere, poſt verba dominica, ſacerdotis precibus hoc ſacramentũ conficere vident̃, ſiquidẽ etiã poſt verba domini prolata, nõ corpus, & ſanguinẽ, ſed panẽ, & vinũ nominant. Secunda vero eſt aucto-

ritas Damasceni,dicentis beatum Basiliũ hæc munera ideo prefiguratiua nominasse,quia nondũ sanctificata erãt,ita vero ea nominasse multo post verba dominica. Tertia ratio est opinio sanctissimi viri Dionysij Ariopagitæ,qui aperte sentire videt̃,post verba domini hoc sacramentũ confici. Iis in presentia rationibus a nobis respondendũ est. In primis autẽ verbis sanctorꝝ doctorꝝ, qui missas cõposuerũt,vnica ratio satisfacit. Cũ ipi quatuor patres idẽ plane dicant,eorꝝ verba ante oĩa audiamus. Clemens itaq; primus,cũ miracula domini,& res gestas eius,ac sacramentorꝝ a dño traditionẽ cõmemorasset,postea inquit. Memores itaq; nos passionis, mortis,& resurrectionis eius &c̃. offerimus tibi regi,& deo, scd'm eius præcepta &c̃. Rogamus te,vt clementer inspicias hæc ꝑposita corã te munera, tu nullius indigẽs deus,& in eis bene cõplaceas,ad honorẽ Christi tui, & mittas spiritũsanctũ tuũ,testem passionis dñi nostri Iesu,super hoc sacrificio,qui hũc panẽ corpus Christi tui, & hũc calicẽ sanguinẽ Christi tui efficiat. Licet eñ hæc Clementis verba inter apocriphas scripturas cõmemorari soleãt,placet tñ eis in præsentiarꝝ tanq; veris assentiamus. Iacobus quoq; multo post verba dñi obsecrat, vt mittat̃ spũssanctus. De quo cũ multa dixisset,subiũgit,vt adueniens sanctificet,& faciat hunc quidẽ panẽ corpus Christi tui, & hunc calicẽ, preciosum sanguinẽ Christi tui. At magnus Basilius similiter post verba saluatoris inuocat sanctũspiritũ, vt ad ꝑposita descendat munera,& sanctificet,& faciat panẽ quidẽ, preciosum corpus domini dei,& saluatoris dñi nostri Iesu Christi, qui effusus est pro mundi vita. Ad hæc Chrysostomus, post verba dñi,& rerũ per eũ gestarꝝ narrationẽ subdit. Rogamus te,emitte spiritũ tuũ sanctũ sup nos,& super

L haec ꝓposita munera, & fac hūc quidē panē preciosum corpus Christi tui, quod vero in hoc calice est, ꝓciosum sanguinē Christi tui. Post haec subiungit, transmutans ea spiritusancto tuo. Ex quibus oībus facile esset cuiuis argumentari. Si verbis illis dominicis, Hoc est corpus meū, & hic est sanguis meus, sacrū eucharistiae conficitꝰ sacramenti mysteriū, sancti aecclesiae doctores minime post ea verba id ꝓprijs supplicationibus efficere conarentur, nec deinde panē & vinū nominarēt. Cū vero id agant, nec frustra sanctos viros sit existimandū, palam fit, ꝙ hoc sacrū mysteriū dominicis verbis nequaꝗ confici existimabant. Huic igiꝰ argumēto respōdere volentes, primo quidē id repetimus, quod supra probatū est; omnes tam orientales, ꝗ occidentales doctores in hoc cōuenire, vt sacrosanctis domini verbis eucharistię mysteriū conficiaꝰ. Deinde addimus, nō esse haec quae modo retulimus, superioribus illis cōtraria, nec aliud hic, aliud illic sanctos viros vel dicere, vel sentire, nec esse occidentaliū sententiā ab oriētaliū opinione diuersam. Nec eñ si ita foret, vnus & idē diuinus spiritus, sed diuersus, nec veritatis, sed mēdacij potius, atꝗ erroris spiritus, in ijs locutus fuisset, quod etiā cogitare absꝗ impietate nō licet. Necesse est igiꝰ, vt illa vera sint, & haec per rectā expositionē illis cōsentanea esse ostendantur. Dicere itaꝗ nō sine ratiōe fortasse quispiā posset, ꝙ cū corpus domini duplex sit (queadmodū in primordio nostri sermonis ostendimus) verū scilicet, & mysticum. Illud quidē ipsius dñi verbis, cuius corpus est, confici, hoc vero, quod ipsi sumus, sacris sacerdotū precibꝰ, & iustis actionibus, & vitae ac morū honestate cōpleri, cū digne hoīes sacrā eucharistiā capiunt, & eiusdē cū Christo corporis efficiunꝰ. Et hoc quidē petere sacerdotē, cū

rogat,vt descendẽs spũssanctus,panẽ quidẽ preciosum M
corp⁹ Christi,calicẽ vero p̃ciosum sanguinẽ faciat, hoc
est vt fidelẽ populũ,mysticũ corpus Christi,sanguinẽq;
faciat,quo mẽbra & partes,corpusq; eius effecti, & sibi
ipsis charitate & Christo vniti,viuãt cũ eo vitã æternã,
& fiant ipsi⁹ cohæredes. Nos vero p̃ter hæc,illud poti⁹
dicendũ existimamus, ꝙ cũ diuinũ hoc sacramentũ sit
cõmune,sit opus toti⁹ trinitatis, necesse est nos(queãd
modũ supra diximus)& patrẽ, & spiritũsanctũ cũ filio
inuocare,vt ꝓposita munera ꝑficiãt. Quod & passim ꝑ
totã missam facimus, nõ ante verba saluatoris, sed etiã
post multis cũ p̃cibus inuocãtes,supplicãtesq;,vt digni
ministri tãtæ rei efficiamur,q̃ possimus illa munera ꝑfi
cere,vt accepta eis fiãt, & gr̃a spũssctĩ sup ea descẽdat.
Quę oĩa nõ tã agim⁹,vt ipsi ea faciam⁹,q̃ vt ppl'o ostẽ
damus coĩa esse ĩ creatura opa trinitatis. Queãdmodũ
em̃ bñplacito patris,& spũssctĩ volũtate,vn⁹ ĩ trinitate
natura,dei & patris fili⁹,ex sanctis,& ĩmaculatis virgi
nis sanguinib⁹ corpus assũpsit,ita & hoc corpus altaris
ipsa trinitas creat,ipẽ spũssctũs potẽtia sua ex substãtia
ĩ substãtiã,hoc est ex pane ĩ corpus trãsmutat. Quę res
vt fideli ppl'o palã fiat,illi⁹ etiã nos meminisse necesse
est. Et hoc velle illos doctores,q̃ p aduẽtũ spũssctĩ sacra
mẽtũ hoc fieri dicũt. Sũt vero ĳdẽ plane, q̃ ex solis dñi
verbis eucharistię sacr̃m existimãt cõfici. Idẽ em̃ vtrũq;
dicũt,nõ cõtraria,aut sibi inuicẽ repugnantia, sed eadẽ
dicere existimantes,vtrũq; em̃ verũ est. Et cũ vnũ & idẽ
ambo sint,vnũ idẽq; efficiũt,& vno atq; eodẽ tpe. In in
stãti em̃ tpis,nõ aliter,atq; aliter,necq; alio, atq; alio mo
mẽto,sed eodẽ momẽto,&(si dicere fas est) eodẽ nunc,
vtrũq; idẽ efficiũt,cũ & diuinæ trinitatis ꝑsonæ,q̃s ĩuo
cam⁹,vnũ atq; idẽ substãtia & ĩsepabiles sint. Q; si reȝ

N natura tale aliquod verbũ pati posset, quod mox, & sine alicuius temporis interuallo rem omnẽ exprimeret, profecto nos simul & eodẽ tẽpore, cũ verbis domini cętera omnia pronũciaremus, illa quidẽ dumtaxat sacramenti efficientia credentes, & tamẽ patris, & spũssancti gratiã nõ dubitantes adesse, & hoc oratione & precibus manifestantes. Adsunt etem̃ illi quoq;, cũ istis dñi verbis, etiã nobis nihil vltra flagitantibus. Sed cũ desiderij nostri nequeamus ardorem cõtinere, nominatim quoq; eum inuocamus, & præsentiã eius populis aperimus. Cæterũ quoniã natura rerũ id vetat, necesseq; ẽ p̃ interualla tẽporis vnũ post aliud verbũ ,pnũciare, atq; ita totã historiã sacramenti repetere, deinde patrẽ & spiritũsanctũ inuocare. Idcirco ijs qui nõ bene rem cõsiderant, videri solet aliud esse, quod postea inuocatiõe sancti spiritus dicit̃, idq; solũmodo absq; verbis dñi sacramentũ cõficere. Quod certe a veritate lõgissime abest. Oportet em̃ hæc, aliaq; huiusmodi, nõ tanq̃ in tẽpore, in quo dicunt̃, sed tanq̃ in tẽpore pro quo dicunt̃, ita intelligere, ac si tẽpus illud maneret, minimeq; deflueret, sed in vno, eodemq; nunc illa dicerent̃, ,pfecto em̃ ita dicerentur, si fieri posset, & rerũ natura minime repugnaret. Cũ igit̃ pro tempore, in quo illa dominica verba dicuntur, inuocationes etiã posteriores fiant, & ad illud referantur tẽpus, profecto & eodẽ hæc ipsa dicta esse tẽpore existimanda sunt, quod certe factũ fuisset, si id natura rerũ pateret̃. Etenim queadmodũ si quis sermonẽ alicuius moleste ferens, & audire ipsum recusans, diceret, clausi tibi aures, cũ tñ nondũ clausisset, vel aliquid sibi molestũ videre nolens, diceret, obduxi oculos, cum id nondũ, & alia ijs similia. Ita tale nescio, in ijs domini verbis aniaduerti potest. Cũ em̃ ita loqui debuisset, di-

cẽs discipulis suis, Accipite, & manducate, Hoc est cor O
pus meũ. fregit & dedit eis. Hoc em̃ ipse ordo rerũ posce
bat, primo cõsecrare, deinde frangere, postea distribue-
re, quod nos in præsentia facimus. Ille tamẽ ait, Fregit,
& dedit, dicens, Hoc est corpus meũ, figurato sermone,
quẽ histerologiã vocant, vsus. Iuxta illud Poete, Simul
nutriti, natiq; fuerunt. Et alibi, Sonuit cadẽs. Primo em̃
nascitur aliquis, deinde nutrit, & cadit quis antequã so-
num faciat. Decet igitur nos, recte iudicare volẽtes, sin
gula quęq; intelligere, vt in ꝓprijs dicta sunt locis, nec
in quo, sed pro quo tẽpore dicuntur animaduertere, &
quæ vel ante, vel post aliqua dicunt, aliquãdo quidem
tanquã simul cũ illis, aliquãdo vero vel vt posterius quæ
prius, vel vt prius quæ posterius dicta sunt, dicta existi-
mare. Siquidẽ ipse quoq; Chrysostomus multo ante, &
post verba domini, in oratione, quæ post oblationẽ dici
tur munerũ, Dignos nos (inquit) fac domine, vt corã te
gratiã inueniamus, & acceptũ tibi fiat sacrificiũ nostrũ
& inhabitet spiritus gratiæ tuę bonus super nos, & sup
hæc ꝓposita munera. Vbi considerandũ quid hæc ver-
ba, dignos nos fac, vt spiritussanctus tuus inhabitet su
per hæc proposita munera. Nihil differũt a verbis illis
Clemẽtis, vel Iacobi, vel Basilij, vel quæ supra retulimꝰ
ipsius Chrysostomi, quibus nõnulli existimant hoc sa
cramentũ cõfici. Etenim illi quidẽ deũ precant, vt mit-
tat spiritũsanctũ, qui adueniens sanctificet, & panẽ effi
ciat preciosum Christi corpus, hic vero dignos (inquit)
facias, vt inhabitet spiritussanctus tuus sup hæc propo
sita. Quæ verba nullam sane inter se diuersitatem ha-
bent. Hęc tamẽ Chrysostomi ante domini verba dicun
tur, & longe ante preces illas, quibus nõnulli existimãt
sacrũ eucharistię mysteriũ cõfici. Quod si ijs prioribus ver

bis, & hac Chrysostomi oratione, sacramentum non conficitur, profecto nec posterioribus perficietur, quæ cum illis eadem sunt, eadem eñ eorundem sunt efficientia. Perficitur autem verbis illis, quæ inter vtraq; media, maxima principalia sunt, hoc est dominicis verbis. Hæc sunt quæ totum efficiunt, hæc ad quæ omnia refereñda sunt, siue antea, siue postea dicantur. Hoc ipsum apertius etiam ex Basilij verbis in eodem loco percipi potest. Mox enim post munerum oblationem, Respice inquit, super nos deus, & super hanc nostram latriam, & acceptam eam habeas, quemadmodum accepta habuisti munera Abel, immolationes Abraam, Moysi, & Aaron sacerdotiũ, Samuelis pacificas. Quẽadmodum cepisti a sanctis apostolis tuis veram hanc latriam, ita ex nobis peccatoribus, manibusq; nostris, accipe hæc munera, bonitate tua domine. Vides ne, vt post multa, quę orans dicit, post propositũ sacrificiũ latriæ, quod soli deo, & nulli alteri debet, post preces, quibus vt accepta deo fierent, sicuti Abel, Noe, & cætera sacrificia, tamẽ ne aliquis cõtentioni relinqueret locus, subiũxit, Quẽadmodũ e manibus sanctorũ apostolorũ tuorũ hanc veram latriam accepisti, ita e manibus nostris hæc munera accipe. Quid ergo tergiuersamur? Hoc modo & verba hæc satis esse ad cõsecrationẽ dicemus, cum dicat Basilius, Ita e manibus nostris hæc munera accipe, queãdmodũ a tuis apostolis hanc veram latriam accepisti. Si eñ apostolorũ manibus verum Christi corpus consecratũ fuit, idq; nunc in manibus suis fieri rogat Basilius, cur non his verbis subito perficit sacramentum? Nihil enim hæc differunt a posterioribus precibus, quibus nonnulli putant perfici sacrum mysterium. Audi eñ quid dicat, Rogamus te, vt descendens

ſpũſſanctus tuus ſuper hæc ꝓpoſita munera, & faciat panem corpus, calicem vero ſanguinẽ. Si igitur primis illis orationibus (quæ ſimillimæ poſterioribus ſunt) nõ perficitur ſacrum myſteriũ, profecto nec poſtremis perficietur. Simillimæ eñ preces ſimillimos parerent effectus. Supereſt igitur, vt verbis ſaluatoris noſtri hæc vis tribuenda ſit, & ad ea cætera referẽda ſunt omnia, quæ ve ante, quæve poſtea dicunẽ, & pro eo tempore, quo illa verba dicuntur, hoc quoq; dici exiſtimãdũ. Diutius aũt in hac parte dedita opera cõmorati ſumus. Tum ꝙ ad cognitionẽ eorũ quæ ſupra dicta ſunt, non paruam afferre vtilitatẽ videbanẽ, Tum ꝙ neceſſaria erant ad ea ſoluẽda, quæ ex diuino Dionyſio, & Damaſceno opponi ſolẽt. His addi tertia quoq; ratio (nulli fortaſſe ſuperiorũ inferior) poſſet. Hierarcham totum deo repletũ diuinoq; amore (iuxta Dionyſium de diuinis nominibus) captum, veluti extaſim quandam, & diuinũ pati zelum, Ob hoc ſæpenumero extra ſe poſitũ, & totũ rei amatæ hærentem, zelo quodam, & timore, ne id quod deſiderat, non aſſequatur, ſæpius eadem ex vero, ac pene incredibili mẽtis deſiderio petere, nec ignorare quidem ſe iam quod quærebat, adeptum, ſed inſatiabili quodam amore iterum, atq; iterum eadem repetere, vt etiam in quibuſdam ſymbolis, quaſi euidentiſſimis ſignis, qui adſunt, intelligere poſſit, totum deo captum, totum iam diuinũ effectum, ac per hoc imitatione eius ad virtutẽ, vitæq; integritatem alliciantur, & (vt aiunt) quaſi manuducti, ponantur in viam. Hoc ſummus ille propheta Dauid, pleriſq; in locis facit. Nam cum dixiſſet, Cum inuocarem, exaudiuit me deus iuſticiæ meæ, paulo poſt in eodem pſalmo ſubiungit, Miſerere mei, & exaudi orationẽ meam. Quem locum Theodoricus

R ex ſentẽtia (niſi fallor) Chryſoſtomi, neq; em̃ Chryſo-
ſtomũ apud nos in præſentia habemus, exponens, Nõ
ſatiatur inquit, hic iuſtus orando, ſed ſupplicans, & im
petrans, & fructus orationis colligens, adhuc orãdo, ac
ſupplicãdo perſeuerat, ſcit em̃ qñ inde ſequat̃ vtilitas,
Alibi quoq; idẽ Dauid, Dirigat̃ inquit, oratio mea ſicut in
cenſum, in cõſpectu tuo. Quid (quęſo te) clamat Dauid
vt ſua exaudiat̃ oratio? Si em̃ iniqua, & præter rationẽ
erat, nunq; ad deũ aſcẽdiſſet, quomodolibet eo rogãte,
atq; obſecrante. quid ſi recta, & exaudiri digna, iam di-
recta erat ad deũ, ipſo quoq; ꝓpheta tacente. Nempe igit̃
petit quod tenebat, & quæ præſentia iam erant deſide
rat. Idem noſtri quoq; doctores, qui miſſam cõpoſuerunt
fecere. Etem̃ poſt verba illa, fac hunc panẽ corpus Chri
ſti, & hũc calicẽ ſanguinẽ Chriſti, quibus ſolis nõnulli
exiſtimant fieri cõſecrationẽ, adhuc ꝓ eis adorant, aut
fruſtra prorſus id faciẽtes, qđ nec cogitandũ eſt, aut ve-
hementi quodã deſiderio eadẽ ſæpius repetẽtes. Memẽ
to em̃ inquiunt, dñe imbecillitatis meæ, & præſta mihi
veniã oĩs, ſiue volũtarię, ſeu nõ volũtarię meę culpę, ne
q; ꝓpter pctã mea inhibeas ſpũſſcti tui gratiã ab ijs ꝓ-
poſitis muneribus. Et rurſus paulo poſt ad ppl'm dicit̃,
Pro oblatis, cõſecratiſq; muneribus precioſis deũ roge-
mus. En quõ orant, ne ex ꝓpoſitis muneribus ſpiritus
gratię arceatur, en quõ ꝓ ſanctificatis, propoſitiſq; mu
neribus hortant̃ deũ precari, cũuis multo ante ſanctifi-
cata fuerint, cũuis perfecte conſecrata, etiã iuxta eorum
opinionẽ, qui nobis contraria & loquntur & ſentiunt.
Quid igitur dicemus hoc loco fratres? niſi quod ex ſen
tentia Chryſoſtomi Theodericus ait. Non ſatiat̃ orãdo
iuſtus, & reliqua, quæ ſupra memorauimus. Q; ſi qui
fortaſſe diceret, Nõ pro diuinis muneribus, ſed pro no-

bis fit, quod significant. Quæram ab eis primo quidẽ, S cur nostra expositio nõ cõuenientior sit, atq; subtilior? Nam q̃ hierarchæ diuina quædã passio, & veluti extasis accidat, ita vt vehementi quodã amore extra se positus, totus rei animatæ hæreat, & eadem sæpius, quasi diuino quodam furore correptus repetat, queadmodũ in terrenis istis amoribus accidit, vt amans ab amato inseparabilis sit, profecto nõ parua, & cõtemnẽda, sed magna, & mystica ratio est. Q; vero iustus nõ satietur orationibus, sed quæ desiderabat, iam consecutus, adhuc perseueret, eadem petens, desiderio certe, ac deuotioni talis, tantiq; sacramenti consentaneũ est. Deinde vero fingamus aduersariorũ istam rationẽ validã esse, nec quouis modo refutari debere. Nõne pro nobis magis facit? immo vero nonne a nobis in confirmationẽ sententiæ nostræ adducta est? Hoc est em̃, quod in principio fere huius disputatiõis diximus, duplex esse Christi corpus, verum, & mysticũ. Et hæc quidẽ (nisi me animus fallit) satis sunt ad solutionẽ, ac confirmationem eorũ, quæ ab aduersarijs dici solent. Q; vero nonnulli subiungunt, etiã post verba domini, panem & vinũ proposita munera a sacris illis doctoribus nominari, quod nõ videret̃ esse faciundũ, si iam consecrata forent, non em̃ iam amplius panis & vinum, sed corpus & sanguis domini, & essent, & dicerent̃, facilis est ad ea respõsio. Quis em̃ neget verum Christi corpus & sanguinem, recte panem & vinũ nũcupari posse? Nam vt prætermittam multa diuersorũ doctorũ testimonia, qui indifferenter etiã post consecrationẽ, modo corpus & sanguinẽ Christi, modo panem & vinũ nominãt. Neq; em̃ est in re facili diutius cõmorandũ. Nõnne ipse dominus, quo nullus fide dignior est, de suo presertim corpore loquente,

indifferẽter modo hoc,modo illud nominat.Qui mãducat(inquit)meã carnẽ,& bibit meũ ſanguinẽ, habet vitã ęternã.Et rurſus,Caro mea vere eſt cibꝰ,& ſanguis meꝰ vere eſt potus.Et iterꝫ,Qui mãducat meã carnẽ,& bibit meũ ſanguinẽ,in me manet,& ego in eo. Alibi vero,Ego ſum panis vitæ inquit,patres veſtri mãducauerũt mãna in deſerto,& mortui ſunt,hic eſt panis q̃ e cœlo deſcẽdit,& qui ex eo comedat,nõ moriaẽ.Et alio ĩ loco.Si quis mãducat ex hoc pane,viuet in ęternũ. Et rurſus, Panis quẽ ego dabo, caro mea eſt,quã ego dabo ꝓ mundi vita.Manifeſtũ eſt igiẽ, ꝙ iterũ ſuũ corpus panẽ nominat etiã dñs.Sed de his ſatis,nũc ad id qđ de Damaſceno opponiẽ,veniamus.Idẽ inquit Baſiliũ munera illa pręfiguratiua corporis & ſanguinis dñi nũcupaſſe,ꝙ nondũ cõſecrata erant,& tamẽ hoc verbo vſus eſt Baſilius in cõpoſitõe miſſæ ſuæ,multo poſt verba dñi. Ad hæc reſpõſuri,primo tanq̃ filij a patre veniã poſcimus,ſi duobus ꝓpoſitis amicis præferamus veritatem. Dehinc dicimus ſacramẽta etiã poſtq̃ cõſecrata ſunt,figurã eſſe,& ideo etiã p̃figuratiua veri corpis & ſanguinis Chriſti dici poſſe,qđ etiã ſuperius oſtendimus.Senſibilis em̃ panis & vini,etiã poſt conſecrationẽ ſpecies figuræ quædam,& præfiguratiua,vti ſunt,ita etiã dici poſſunt,tum contenti ſub eis veri dominici corporis & ſanguinis,tum myſtici corporis & æccleſiaſticæ vnitatis,ip̃m q̃q; verũ corpus myſtici corpis ſymbolũ, ac ſignũ eſſe,vt latius paulo ante diſſeruimus; Decet tñ, vt tunc q̃q; memorauimus,hæc debito modo,& nõ inſtar ſacramẽtorꝫ veteris legis,quæ tm̃ figurę ſunt,accipere. Quod etiã Dionyſij teſtimonio cõfirmaẽ, q̃ ſacramẽtũ hoc,etiã poſt cõſecrationẽ (in.iij.ęccl'iaſticę hierarchiæ capl'o)ſymbolũ noĩat.Ita em̃ inq̃t.Sacras diuinas ope-

ratones hierarcha laudãs,cõsecrat diuinissima,& mani festat q̃ laudata sũt,p̃ symbola sancte p̃posita.Et infra. V.
Populo quidẽ diuina solũ symbola ĩtuẽte. Et rursus,In sacrã memoriã nos ducit diuinæ cœnæ,quæ principale symbolũ fuit eorũ q̃ in altari fiũt.Vnde & ipse symbolorũ creator, optimo iure eũ repellit,q nõ scte, neq; fil'i mõ cũ eo sacra illa cœnauerit.Cũ igit sacra illa munera etiã post cõsecrationẽ symbola noĩet, creatorẽq; eorũ,q̃ nũc quotidie in ecclesijs fiũt,principale symbolũ,illã sacramẽtalẽ cœnã sacramẽtorũ in eo distributionẽ,ip̃mq; dñm symbolorũ creatorẽ appellet,eorũ videlicet quę tũ creauit,hęc vero fuerũt p̃prij corpis cõsecratio,distributio,traditio,cur nõ ea etiã figurã cõueniẽtissime vocet? Atqui q̃ ne prefiguratiui quidẽ vocabulũ,vero Christi corpori,sanguiniq; cõueniat,idẽ Damascenus testat̃,in eodẽ cap'o,ita dicẽs.Præfiguratiua futurorũ dicunt̃ verũ corpus,& sanguis Christi,nõ quia nõ fiunt verũ corpus,& sanguis,sed quia nũc quidẽ p ea participes efficimur diuinitatis Christi,tũc vero p solã visionẽ intelligibiliter.Hoc idẽ apertius cõfirmare videt̃ btũs Gregorius,Ideo inquiẽs hæc noĩari figurã,qa corpe & sanguine dñi nũc participamus in figura panis & vini, tũc vero eũ talẽ qualis vere est,manifestissima visiõe cõtẽplabimur.Quãobrẽ nõ video, quid tandẽ formidans Damascenus, præfiguratiui vocabulũ renuerit, ideoq; ita exponere sit conatus, cũ possibile sit, tã ex ipsius, q̃ ex cęterorũ doctorũ sententia,verũ etiã corpus & sanguinẽ, siue figurã,siue p̃figuratiua noĩare.Licet igit̃ nobis hoc loco dicere,qđ sctũs Basilius ad Amphilochiũ scribẽs Iconiẽsem, de Dionysio Alexãdrino martyre ingt. Nã cũ loqret̃ de ijs q rebaptisãdi sũt,Pepusianosq; cõtra Dionisij sñiam rebaptisandos cẽseret,Miror ingt quõ hoc

latuerit Dionysiū, q̄uis canonū omniū expertissimū. Volebat sane Dionysius, quanq̄ sanctus, immo vero etiā martyr, eos qui ex Pepusianorū heresi ad fidē venirent, nō debere baptisari. Cuius cōtrariū sentiebat Basilius, nec veritus Dionysij, & sancti, & martyris auctoritatē, qui cōtra eius opinionē iudicaret, diceretq̄, ad fidē ex ea heresi veniētes, rebaptisari debere, q̄ nō recte, neq̄ in nomine patris, & filij, & spiritussancti essent baptisati. Et nobis igit̄ mirādū est, quō dixerit hoc Damascenus. Sed meminisse oportet, hominē eū fuisse, q̄uis mira sanctitate praeditū, & fieri aliq̄n potuisse, vt p imbecilitate humani ingenij, nō recte aliqd senserit, Nos vero non ex ijs, vel ipsum, vel alios de illis, quae palam, atq̄ vnanimiter tradiderūt, sed poti9 ex his haec discernere, ac iudicare debere. Fortassis autē, quod impossibile nō est, diceret quispiam, verba illa Basilij, quibus haec munera praefiguratiua nominauit, tēpore Damasceni locū ante verba domini ī missa Basilij habuisse, ideoq̄ eo modo & recte exposuisse Damascenum, nunc vero nescio quō, ea verba fuisse transposita. Multa eñ huic similia, tam longo temporū interuallo acciderūt. Siquidem apud Apostolū his illa verba posita sunt, Hoc facite in meā cōmemorationē. Idem post, Hoc est corpus meum. Et post, Hic est sanguis meus. Nos vero semel tantū in sacra cōsecratiōe hoc dicimus. Praeterea sacras particulas, hoc est sacre dormiētiū memoriā, multo ante domini verba, iuxta eundē Dionysiū, facere solebāt, nos vero hoc multo post, mutato, nescio quō, ordine, facere consueuimus. Minime igitur mirandū esset, si hoc praefiguratiui vocabulū Damasceni tēpore, ante dñica verba locatū, dehinc a recentioribus, eo quo nunc legit̄ loco, mutatū, ac positū fuisset. His ita expositis superest,

vt ea tandē, quæ de sancto Dionysio ab aduersarijs obij Y
ci solēt, respondeamus. Verba eius hæc sunt. Inde diui
nus hierarcha accedens ad sacrū altare, laudat pdictas
sacras operationes dei, ipsius Iesu prouidentiæ, quas p
salute generis nostri, beneplacito sanctissimi patris, in
spūsancto, scd'm euangelica verba operatus est. Postq̃
aūt laudauit, & venerādā, intellectualeq; speculationē
eoꝝ intellectualibus oculis perspexit, ad symbolicam
eorū consecrationē venit, & hoc scd'm traditionē diui-
nam. Vnde deuote simul & hierarchice post laudes di-
uinarū operationū, de cōsecratione eoꝝ respondet. Tu
dixisti (inquiens) Hoc facite in meā cōmemorationem.
Deinde postulās, vt dignus fiat hac cōsecratione, & ad
similitudinē Christi hæc diuina perficere valeat, & ca-
ste distribuere, consecrat diuinissima, & manifestat lau-
data per symbola sancte proposita. Ad hæc Dionysij
verba, quanq̃ difficilis fore responsio videat̃, apud eos
præsertim, qui cōtentionis cupidiores sunt, q̃ veritatis,
dicimus tamē, & ingenue attestamur, apud probas, &
deuotas aures nihil in his esse, quod ijs quæ supradixi-
mus, aduersentur. Quid eñ, o bone Iesu, clarius, quid
apertius, quid manifestius inueniri potest, q̃ verba san
ctorū doctoꝝ, de quibus supra mentionē fecimus, ver-
ba domini mutare panē in corpus, illa sacramentū inte
gre perficere, verbo dei panē sanctificari, panem in cor
pus per verbū mutari, ante verba panem simpliciter es
se munus quod offertur, post verba mox in corpus mu
tari, aliaq; huiusmodi. A quibus quomodo (quæso te)
dissentiret Dionysius, præsertim doctrina, & sapientia,
ac vitæ sanctitate æqualibus, atq; simillimis? Profecto
nemo hoc mētis cōpos fateatur. Est autē, quod Diony-
sius inquit, tale aliquid, quale superius diximus. Quicū

Z opera in creatura totius trinitatis cōmunia sint, vt hoc omnibus palam fiat, operepreciū est totā nos trinitatē inuocare. Quod cū simul, & absq; interuallo tēporis fieri nō possit, cū præsertim oporteat omnē illorū, quæ ea nocte gesta sunt, historiā enarrare, necesse est nos vnū post aliud, scd'm vim, & naturam nostræ pnūciationis exponere. Ita ergo post verba dominica (quibus iuxta Chrysostomū, integre perficit̄ sacramentū, ac pposita trāsmutant̄, quibusve vt Gregori⁹ Nissenus ait, sanctificatur panis, in corpusq; transfertur, patrē, ac spiritum palam, atq; aperte inuocamus. Hanc vero manifestā inuocationē, tanq; multitudini notiorē, tradit beatus Dionysius, cū sacerdotē dicit, postq; p se respondit, dicens Tu dixisti, Hoc facite in meā cōmemorationē, tunc demum ad cōsecrationē accedere. Consecrationē em̄ hoc loco vocat, nō illam quæ sola, & principalis est, & sine qua perfici mysteriū nō posset, sed eam, quæ notior est, ac manifestior multitudini, quæq; ad primam illā, atq; præcipuā, quæ fit verbis domini, refertur, quā eodē tēporis momēto, & (vt supra diximus) eodē nunc, cū verbis dominicis ptulisset sacerdos, si id natura rerū ferre potuisset. Hoc aūt ex eo quoq; fit manifestius, q etiā ante hæc verba, perfectū iam sacramētū ponere videt̄, cū dicit, q hierarcha accedēs ad sacrū altare, laudat pdictas sacras operationes, & ita cōsecrat diuinissima, & manifestat laudata. Manifestare aūt laudata, iuxta expositoris sentētiā, qui fuit vir sapiētissimus, Maximus, est clara facere, quæ laudata sunt, hoc est diuina opera Christi, quæ enumerauit facta a saluatore nostro, in remissionē peccatorū, & in vitā æternā. Hæc verba sunt Maximi, imo etiā Dionysij. Nemini aūt dubiū est, cōmemorationē diuinorū beneficiorū fieri ante verba dominica

Quæ vero illa sint, ipse doctor enumerat. Quã ob rẽ & ante verba domini fuisse hæc, manifestissime docere videntur. Quæ autẽ in remissionẽ peccatorũ, & vitã æternã ipsa opera ducant, mox per verba dominica sequitur, immo vero inter ipsa dñi verba cõtinetur. Hoc enim est, inquit corpus meũ, quod pro vobis frangitur in remissionẽ peccatorũ, & hic est sanguis meus, qui pro vobis, & multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Quãobrẽ iuxta huius doctoris sentẽtiã, iã perfectũ est sacramẽtũ, cũ dicimus remissionẽ pctõrũ nobis præberi. Dicimus aũt hoc subito post verba dñi, imo vero in ipsis dñi verbis, sequuntur enim hæc illa dñi verba, quibus perficitur sacramẽtũ. s. Hoc est corpus meũ, & hic est sanguis meus, quẽadmodũ res ipsa rẽ ipsam sequitur, hoc est pctõrũ remissio, dñici corporis cõmunionẽ, cuius est effectus. Medio igitur illo tpe, quo diuina opera ante verba dñi laudantur, & quo eadẽ post illa verba populo manifesta fiunt, cõsecratio fit, illis videlicet domini verbis. Addit etiã postea idem sacer Dionysius, Postq̃ aũt laudauerit, & venerãdã, intellectualẽq; speculationẽ eorũ intellectualibus oculis perspexerit, ad symbolicã eorũ consecrationẽ venit, & hoc scd'm diuinã traditionẽ. Quẽ locũ exponens Maximus ait, Benedicẽs. s. panẽ, & calicẽ sacrorũ munerũ. Ergo bñdictionẽ panis, & calicis cõsecrationẽ ait esse Dionysius, eãq; scd'm diuinã traditionẽ. Bñdictio igitur panis, & calicis, qua tũc scd'm Dionysiũ sacerdotes vtebantur, cũ dicebãt Et gratias agẽs bñdixit, sanctificauit, fregit, deditq; discipulis suis, dicẽs, Accipite, & mãducate, hoc est corpus meũ. Hęc inquã bñdictio per verba dñi perficit sacramẽtũ. Quamobrẽ scd'm diuinã traditionem hoc fieri inquit Dionysius. Traditio enim Christi hæc fuit, Accipere panẽ, gratias agere, benedicere, & verba illa pronũciare.

B Nonne igitur luce clarius videmus (etiã teſtimonio Dionyſij) per verba domini cõſecratũ eſſe euchariſtiæ myſteriũ, benedictione præcedente? Præſertim iuxta Græcorũ ritum, qui poſt oblationẽ munerũ in altari, nunq̃ ea, nec antea, nec poſt benedicũt, niſi tantũ cũ ſe exiſtimant cõſecrare, quaſi benedictionẽ cõſecrationi neceſſariam exiſtimantes. Propter quod & hanc benedictionẽ, quã Dionyſius, & Maximus ante verba domini faciendã cenſent, prætermittunt noſtri, nõ recte quidẽ facientes. Q; ſi tunc benedicere decet, vt hi doctores ſentiũt, immo vero vt dominus tradidit, proculdubio tũc prolatis domini verbis, credendũ eſt fieri cõſecrationẽ. Subdit deinde Dionyſus, q̃ poſtulans hierarcha, vt dignus fiat hac conſecratione, & ad ſimilitudinẽ Chriſti hæc diuina p̃ficiat, & caſte diſtribuat, participaturoſq̃, prout ſacros decet, participet, cõſecrat diuiniſſima. Ex quibus manifeſtiſſime apparet, q̃ hæc verba, conſecrare, atq̃ perficere, per ſynecdochen, ad ea quæ ſequunt̃, accipi debẽt, id eſt ad caſtam diſtributionẽ, & dignam participationẽ, quæ omnia poſt conſecrationẽ myſterij precari, ac petere ſolemus. Quod facile eſt intelligere, ſi quis miſſas a Iacobo, Baſilio, & Chryſoſtomo editas, diligenter animaduertat, tũc em̃ ſupplices oramus, vt digne communicare, & cæteris diſtribuere poſſumus. Quãobrẽ quæ ſubiungunt̃ verba, conſecrare, ac diuina conficere, aut per ſynecdochen, aut per hiſterologiã dicuntur, vel forte (quod ſupra dictũ eſt) manifeſtiorẽ inuocationẽ, quæ ſaluatoris verbis nõ ita aperte continebatur, ſignificans. Hæc habui, quæ de euchariſtiæ ſacramẽto, ſicuti ab initio pollicitus fueram, in præſentia differerem. Vbi ita (ni fallor) aduerſantiũ rationes, atq̃ argumẽta ſolui, vt nulla poſthac fruſtra, & inaniter cõ-

C

tendendi relicta occasio videret. Modo omnes meminerint, quam manifesta, quamque extra omnē cōtētionē sint sanctorū doctorū testimonia, quibus ostendit̃ verba domini esse, quæ sacrū eucharistiæ mysterium integre perficiunt, ac iccirco cætera quidē omnia verba ad hæc, hæc vero ad alia minime esse trahenda. His præterea maxime omniū esse credendū, tum quia vnanimes, & vnius sententiæ omnes sunt, siue orientales, siue occidui, tum quod ita clare, ac manifeste de hac re loquunt̃, vt nulla omnino dubitatio supersit, vbi quæ ex aduerso dicunt̃, ita obscura, & quibusdam quasi tenebris inuoluta sunt, vt plures, variasque, & vix extricabiles recipiant expositiones. Clarioribus autē ad eorum quæ obscuriora sunt, cognitionē vtendū esse, eruditi omnes & putāt, & iubēt. Quæ cū ita sint, ad extremū eos, in quorum manus hæc forte peruenient, hortamur, atque obsecramus, vt omni reiecta contentione, studio dumtaxat inueniendæ veritatis, hæc legentes, ad ipsam veritatē accedant, inuentam suscipiant, susceptamque cæteris patefaciant.

Valeant autē hi omnes, qui rationis callem
minime sequētes, cū cōtentione, ac sępe
etiā iurgijs, & cōtumelijs, quicquid
eis in mentē, vel potius buccā ve
nerit, nemini parcentes, eru
ctare, atque euomere nō
erubescunt.

Ἀλοῦ.

D BESSARIONIS EPISCOPI TVSCVLANI, SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS, PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI, EPISTOLA AD GRAECOS INCIPIT.

BESSARION diuina miseratione, sanctæ sedis apostolicæ gratia, sacrosanctæ Romanæ æcclesiæ cardinalis, patriarcha Cõstantinopolitanus, dilectis in Christo fratribus, & filijs, archiepiscopis, episcopis, presbyteris, monachis, cęterisq; alijs æcclesiasticis, & sæcularibus viris, prouintias sanctæ sedi Constantinopolitanæ subditas habitantibus, pacē, & benedictionē a deo omnipotente, volentibus dumtaxat, eamq; desiderantibus obtinere, & quæ ad illam obtinendā ducūt, omni conatu agētibus. Voluissemus pfecto dilecti fratres, & filij, ipsi vobiscū loquētes, dare atq; accipere rationē eorũ, quæ ad nostrā salutē necessaria sunt, quæq; vos & loqui, & agere fraterno, ac paterno affectu desideramus. Sed quoniā & conditio præsentiū rerū, & tanta vastitas pelagi, ac interiacens longitudo terrarũ id prohibet, quod reliquū est, literis officiū nostrū exequi conabimur, & hac epl'a particulā aliquā eorũ quæ corā loqremur, exprimemus. Obsecro aūt deum, vt cū ea vos charitate audiatis quæ dicturus sum, cū qua ipse vos alloquor. Testis est eñi mihi ipse deus, quē nostrę cogitationes latere nō possunt, q primo quidē zelus eius, deinde arctissimū charitatis vinculū, quo nationi nostræ astringimur, me vt hęc scri

bam mouẽt, neq; ea patiunť reticere, quę vobis cognitu E
necessaria sunt. Ante oĩa igiť memẽtote fratres, & filij, qualis olim, quã excellens fuerit natio nostra, cũ doctrina, & omĩ sapiẽtiæ genere, tũ cęteris virtutibus, quæ p̃terea vires, quę potẽtia, qui principat⁹ nostroꝝ fuerint. Quis em̃ dubitat, Græcoꝝ gẽtẽ oĩm liberaliũ artiũ, ac totius sapiẽtiæ nõ mõ inuẽtricẽ, veꝝ etiã pfectricẽ extitisse? Illic semp & virtus, & religio, & sanctimonia floruerũt. Illic enituit totius orbis imperiũ. Nũc vero (heu infœlicẽ, & miserã patriæ nostræ cõditionẽ) nõ mõ principatũ, atq; imperiũ orbis amisimus, verũ etiã seruitutẽ patimur, & hanc quidẽ crudelẽ, atq; turpissimã. Dominanť em̃ nobis hoĩes truces, barbari, atq; ĩfideles. Neq; solũ hoc passi sumus, sed ne simulacrũ quid disciplinę, aut vllũ sapiẽtiæ vestigiũ apud nostros relictũ est. Solẽt em̃ disciplinæ, & bonæ artes, paratis primo quæ ad victum necessaria sunt, quæri, atq; inuestigari. Quæ cum nobis in præsentiaꝝ ob seruitutem, & inopiam deficit, nulla amplius sapientiæ ratio est, nulla disciplinaꝝ cura, nullum optimarũ artium studiũ, v. rtus sola, quæ ad mores pertinet, quæq; studiosos sui bonos efficit, ea vero manet, maneatq; semper apud nostros. Sed quæ causa esse potuit, vt moralibus virtutibus præditi, & sapientiam, & principatum, & ipsam rerum omniũ dulcissimã libertatẽ amiserint? Non em̃ fortuna, vel casus, aut temerarius rerũ euentus, ac fluxus instabilis, tantã nostris calamitatem intulere (nisi quis putet, res humanas diuina prouidentia minime gubernari, quod etiã cogitare impium est, atq; nefariũ) sed nec delictorum nostrorum multitudinẽ, eius rei causam fuisse dicendum est, vt quidam deo humiliantes, dicere consueuerunt. Neq; em̃ nos magis, q̃ cæteræ christianorũ nationes,

F quas nunc mundana ista fœlicitate frui videmur, pec-
catis nostris deum irritauimus. Siquidẽ & dictũ est, &
vere (vt arbitror) dictũ, nostros in his, quæ ad mores, &
vitæ honestatẽ pertinẽt, nullis esse inferiores. Verendũ
igitur, ne potius tot, tãtorũq; maloꝝ fomes, & materia
fuerit, ꝙ græci veris dogmatibus per socordiã omissis,
ab intemerata fidei veritate secesserunt, & incõsutilem
domini tunicã scindentes, a catholica æcclesia sunt di-
uisi. Cuius rei causa fuit, temeritas quorundã nostroꝝ,
ne alteri principatus sui rationẽ reddere cogeret. Hos
deinde posteriores quoq;, nõ tam sua prauitate moti, ꝗ̃
illoꝝ allecti peruersitate, sunt secuti. Sed deponere ali-
quando, ac prorsus abigere hanc perniciem, decens, ac
salutiferũ est. Quam ob rem vos hortor, & rogo fratres
& filij, in spiritusancto desiderãtissimi, omni studio, ac
conatu antiquam nobilitatẽ resumite, vendicate vobis
pristinã gloriã, veteres illos, ac sanctissimos patres, &
doctores nostros sequimini, quoꝝ eadẽ confessio, eadẽ
semper fuit doctrina pietatis, cũ ea quã nunc Romana
æcclesia tenet, ac profitet. Recentiores istos tam pestife
ræ diuisionis auctores cõdemnate, persequimini, exter
minate, œcomenicã synodũ Florentiæ habitam, deuo-
ta mente suscipite, & quæ ibi sancto cooperante spiritu
decreta sunt, syncero corde credite, & ꝓfitemini. Mul-
tæ, efficacesq; eo in loco rationes adductę sunt de pro-
cessione sancti spiritus, multa vtrinq; a patribus, in vtri
usq; sententiæ confirmationẽ dicta. Vicit tamen apud
omnes hæc sententia, patrẽ, & filiũ esse spũsancti prin
cipiũ, eumq; ex vtroq; tanꝗ ex vno spirante ꝓcedere.
Multa sanctoꝝ doctoꝝ, nõ modo occidentaliũ, verum
etiã orientaliũ, atq; nostroꝝ, ad id ꝓbandũ testimonia
adducta sunt, multis id rationibus demonstratũ. Neq;

id nostrorū incuria euenit, nō eñ segniter, neq̃ neglige̅ G
ter eam rem inuestigare conati sumus, o fratres, multas noctes insomnes egimus, magnā vigilantiā, solers studium, summā curā adhibuimus. Sed credere oportuit veritati, victi sumus doctorū sententijs. Absit em a bona anima, & fideli, vt ostensæ veritati claudat oculos, eamq̃ victoriæ ambitione despiciat. Retulissem nunc vobis particulā rationū illarū, nisi lex epistolæ ꝓhiberet, simulq̃ vobis liceret longe plura alibi videre, & legere, q̃ nos referre in præsentia potuissemus. Pleriq̃ ex his qui nos antecessere, doctissimi, & sanctissimi viri, multa, atq̃ præclara de hoc dogmate literis mandauerunt. Nos quoq̃ nō pauca scripsimus, partim vt amicorū id obnixe flagitantiū morem gereremus volūtati, partim vt vel per nos cogitata, vel alijs frustra cōtende̅tibus responsa, in cōmune̅ vtilitate̅ traderemus. Quæ omnia, cū apud nos sint, si quis vestrū sine cōtentione vel leget, vel audiet (legetis aute̅, vel audietis omnes, si libet) nō paruam (quod ad dei gloriā dictū sit) vtilitate̅ consequet̃. Verūtame̅ vnam dumtaxat, & eam perbreuem (si libet) ratione̅ adducamus. Spiritussanctus spūs filij dicit̃, teste ipso filio, qui spiritū illum vocat spiritū veritatis, veritas vero ille ipse est. Et Paulus, Misit inquit, deus spiritum filij sui in corda nostra. Et rursus, Si quis spiritū Christi non habet, ipse non est eius. Quod alijs quoq̃ in locis ide̅ Apostolus creberrime replicat. Hoc verbū fratres, satis superq̃ est ad id probandū, de quo agimus, neq̃ em̄ excedere decet modum epistolæ. Est itaq̃ spiritus sanctus Christi spiritus naturaliter, & essentialiter, non accidentaliter. Sed vero cuius aliquid hoc modo est, auctoritate aliqua, & excellentia id excellat necesse est, quod suum esse dicit̃. Hæc vero auctori-

H tas profectō nō talis esse dicenda est, qualis est domini ad seruū. Quis em̄ auderet creatorē in creaturā vertere? Superest igitur, auctoritatē, atq; excellentiam originis esse eius qui spirat, ad spiritū qui spiratur, & certe aliud asserere nefarium est. Nam q̄ nostrorum aliqui, a veritate declinantes, ideo dici filij spiritū cōtendūt, q̄ eiusdem sit cū illo essentiæ, vel q̄ ex eo mittatur, aranearum potius telæ sunt, q̄ rationes, vt sæpe demonstrauimus. Si em̄ propter consubstantialitatē dicatur spiritus, filij spiritus, propter eandē causam & filius dicetur spiritussancti filius, quod nunq̄ in sacris literis auditum est. Si vero quia ex filio mittitur, ita dicitur, hæc certe ratio magis roborat sententiā nostram. Q; em̄ mittere istud, & scaturire, & profluere, cæteraq; similia, spirationem, ac substantialē quandam processionē præsupponant, q̄q; impossibile sit filiū mittere spiritūsanctū, nisi etiā illum spiret, plerisq; in locis ostendimus, multis, idoneisq; rationibus. Alia quoq; multa a nostris, ad celandā veritatem, dici solent, nullius sane momenti. Plura vero, melioraq; dicuntur ab his qui veritatē sequunt. Quæ & si nos optime tenemus, cū sæpenumero cōtradicentibus aduersati sumus, breuitatis tamen gratia omittimus, admonitis (siqui erunt inuestigandæ veritatis cupidi) vt ea legant, quæ olim de hac re cōscripsimus. Hoc tantum vobis dicimus, & intrepide asserimus, si res tulisset, vt præsentes dare, atq; accipere rationē huius rei potuissemus, iudicaturos vos fuisse, hoc vnum quod diximus, satis, superq; esse ad veritatē ostendendā, nihilq; dubitationis relinqui, quū spiritus ita ex filio, queadmodū ex patre, tanq̄ ex vno principio, & vno spirante procedat. Multa quoq; alia sacrarū literarum testimonia sunt, vt puta, Paracletus quem ego mittam vobis a pa-

tre. Et rurſus, De meo concipiet, & annunciabit vobis. Et iterū, Quæcūq; audiet, loquetur. Et alia his ſimilia. Ex quibus omnibus, luce clarius ea fidei veritas oſtenditur, quā & ſancta Romana ęcclesia, vt ſemper antea, ita nunc tenet, & prædicat, & olim omnis æccleſia fatebatur. Sed dicet fortaſſe aliquis, cur ipſe dominus, cum de ſpiritu loqueretur, Spiritus ait, qui a patre procedit, neq; addidit etiā a ſeipſo ꝓcedere. Quæ tandē, aut qualis eſt hæc ratio fratres? Et ſi ēm dixerit a patre ꝓcedere ſpiritū, non tamen negauit quin a ſe quoq; procederet. Nam ſi id dixiſſet, aliquid fortaſſe videretur ingerere difficultatis, quanq; neq; ad tutandā veſtram opinionē ſufficeret. Siquidē ipſe ſaluator, De die illa, & hora (inquit) nemo nouit, neq; angeli, neq; filius, niſi ſolus pater. Et rurſus, Mea doctrina nō eſt mea, ſed eius qui miſit me patris. Et iterum, Nemo nouit filium, niſi pater. Quorū omniū nos proculdubio contrariū & ſentimus, & profitemur, ac filiū dei perinde diem illum, & horā cognoſcere, vt patrem exiſtimamus, eundēq; ita ſe noſſe, vt pater eum nouit, doctrinamq; illius ſuam præcipue doctrinam eſſe. Si igitur eorum quæ aperte negauit Chriſtus, nos quædam recte ediuerſo credimus, cur non etiā nunc quod non negauit, pie credimus? Enimuero illud in primis conſiderandum eſt fratres, & filij in Chriſto deſideratiſſimi. Promiſit enim Chriſtus ſuper confeſſione Petri ædificare æccleſiam ſuam, & ꝙ portæ inferi (hoc eſt hereticorum) non præualebunt aduerſus eam. Quærendum eſt fratres, quæ nam iſta ſit æccleſia. Nam veram, certamq; fuiſſe promiſſionem, nullus auſit negare chriſtianus. Aut igitur latina, aut græca eſt æccleſia, tertia enim dari non poteſt. Siquidem aliæ omnes hereſibus ſunt plenæ, quas ſancti

K patres,& generales synodi cōdemnarunt. Si ergo hanc æcclesiā,Græcorꝫ æcclesiā dicis, in angustū nimis arctas ęcclesiā,immo illam fere ad nihilū redigis. Qualis eñ(miseri nos)aut quanta est æcclesia nostra? labitur, heu labitur, peritq́ꝫ quotidie, ne dicā eam iam penitus interijsse. Subditi sunt infideles Græce, omnes ita oīa pessum dedere barbaræ gentes, vt nō potest multū interiectū tēpus,ip̄m q̄q́ꝫ linguæ græcæ splendorē,libros omnes,vniuersa opera sanctorꝫ doctorꝫ,sacrarꝫ etiā literarꝫ codices,& euangeliū ipsum, nostrā infœlicē patriam deserturam nō dubitem, nisi pietas, & misericordia saluatoris nostri, tantā a vertice nostro calamitatē propulset. An ignoratis fratres, vt orientales omnes, si qui inter fideles superfuerant,qui in oriente æcclesiā sequerent̄ Græcorꝫ,Constantinopolitanis,& circūiacentium insularꝫ cultoribus dumtaxat exceptis,alios antecentū,alios ante quinquaginta, & amplius annos, ne nominare quidē nouerant scripturā sacrā,nec eius volumina numerare,nullum fidele dogma,nullā quęstionē nullam de spe futuræ vitæ rationē,in summa nihil eorꝫ quę in euangelio legunt̄,intelligebāt presbyteri,quāq́ꝫ illud assidue legentes, non minus q̄ cæteri rudes erāt. Nec integrū quidē habebāt euangeliū, sed quædā eius fragmenta,quæ legi in æcclesijs solent semiesa, circūferebant. Et quēadmodū psitici,aliaq́ꝫ eiuscemodi animalia,conari aliqnando, atq́ꝫ effingere sine intellectu nostra verba cōsueuerunt,ita hi vocem emittebant gręcā, lectitabātq́ꝫ ea solum quæ scripta,nec sine barbarie,eorum vero quæ legebant,nihil prorsus percipiebant. Recognoscite,recognoscite fratres,aliqn̄ fratres,caput æcclesiarꝫ cathedrā Petri, recognoscite matrē vestrā, atq́ꝫ magistrā, amplectimini fidem apostolico ore laudatā,

nde animæ vestræ postulate cibum,inde quærite consilium. Si doctorum nostrorum libros euolueritis,si scripta eorum diligenter cõsideraueritis,inuenietis Romanã æcclesiam supra cæteras omnes potestatẽ habere, & ita vniuersæ præesse æcclesiæ,vt absq; eius auctoritate, nulla prorsus æcclesiastica quæstio solui,nullũ dogma cõcludi,aut possit,aut debeat. Hæc est illa petra,supra quam Christus ædificauit suã æcclesiã,hoc est, quæ fidẽ Petri tenet,& prædicat. Hæc sola est, aduersus quã portæ inferi non valebunt. Hic semper seruata est incorrupta patrum auctoritas,hic sol iusticiæ oritur,hic lux mundi,hic sal terræ, hic sunt vasa aurea, & argentea. Quicũq; huic sancta cõmunione cõsociant̃, vnã cum ea æcclesiã faciunt. Qui ab ea sunt separati,salutẽ habere nõ possunt,qui hic colligunt,spargunt. Quicũq; extra hãc agnum comedũt,prophani sunt. Si qui in Noe arca nõ fuerint,peribunt regnante diluuio. Extra ouile Christi salus esse nõ potest. In lupos rapaces,in fures, latronesq; incidant necesse est, qui vocem pastoris nõ audiunt. Quod ne cui Christianorum accidat,illa prædicanda,illa tenẽda est fides,quã Petri cathedra profitet̃. Hanc vos quæso fratres,cũ reuerẽtia,& humilitate suscipite,huic inhærete, huic insistite. Nõ cesso pro vobis orare deum, vt sapientiã induentes,id quod vos hortor,agatis. Vellem em̃ ita vos omnes esse,vt ego. Nec paruum vobis, aut cõtemnendũ videor optare bonũ,o fratres,si quod mihi ipsi hoc etiã bonũ desidero. Maiorẽ em̃ charitatẽ nemo adhibere tenetur proximo suo,q̃ eadem illi quæ sibi bona velle. Diliges em̃(ait)proximũ tuũ,sicut teipm. Plus hoc nõ requirit a nobis deus, quasi hoc summum sit signũ charitatis. Neq; me ex ignorantia,vel imperitia a veritate(vt arbitror)dicetis aberrasse,cũ me sciatis

Me a teneris annis omne vitæ meæ tempus in literarum studijs consumpsisse, summaque opera, & diligētia huic de quo loquimur dogmati incubuisse, & quantum fieri potuit, inuestigasse veritatem. Quid omnium aliud eligere sibi potuisset homo, qui ab ineunte ætate propria abdicatus voluntate, in humilitate, atque obedientia vixerit, &(quod sine iactantia dictum sit) multa de vanitate mundi, de emendatione morum, de præmijs, vel pœnis æternis legerit, audiuerit, scripserit, quam rectis verisque sententijs alere animum, & inuentam fidei veritatem amplecti, quam certe eo pluris quam antea in præsentia facimus, quo magis ingrauescente iam ætate, multiplicati corporis morbi, mortem mihi quotidie minantur, & vitam tedio esse faciunt. Scio certe fratres, & patres, scio filij in Christo dilecti, non multum esse quod nobis superest vitæ, & iam tempus nostræ resolutionis instat, quo (vt sapientes aiunt) aduenit hominibus timor earum rerum, quas antea formidare non solebant. Vident enim appropinquare diem, quo omnis anteactæ vitæ reddenda sit ratio. Me quidem quo magis vicina est mors, eo magis cōsolatur integritas fidei. Spero enim id quod ex operibus ad salutem animę deerit, fidei veritate posse suppleri. Ob hanc causam spretis, ac cōtemptis honoribus, si quos apud vos habui (habui autē nec paruos, nec paucos) totus hanc fidei veritatem sum secutus. Equidē dico scientibus, & ijs qui a scientibus audierant, audientque si volent in posterū, adolescentulū me, & prima adhuc lanugine carentem, plurimi faciebatis, & iam quicunque me vidistis, notū erat nomen meum, omnibus græcā intelligentibus linguā. Nondum quattuor & viginti annos natus, a principibus nationis nostræ, a vobis omnibus, ab ipsis denique

imperatoribus, & honore, & dignitate supra ætatẽ ex tollebar. Præponebant enim me non modo ęqualibus meis, sed etiam senioribus, & auctoritate, gratiaq; pollentibus, non mea virtute, sed sua bonitate. Quãuis em̃ magna in Christi æcclesia hoc tempore dignitate præfulgeam, magnosq;, & lõge supra merita mea adeptus sim honores, tamen hæc omnia postea sunt secuta, & vt deus omniũ rerum conscius, optime nouit, neq; expectata a me, neq; sperata. At enim dici fortasse nõ immerito possent maiora illa, quæ apud vos habui, quandoquidem illic inter primos adnumerabar, hic vero cũ multi sint, immo pene innumerabiles, qui me sapientia, doctrina, cæterisq; virtutibus antecellunt, vix inter postremos habeo locum. Notum est autem illud Romani principis dictum, qui cum esset honoris studiosissimus, malle se dicere in oppido, q̃uis humili, & obscuro, primũ habere locum, q̃ in gloriosissima, atq; excellentissima vrbe Roma secundum esse. Habet enim principatus quandam & si in minimis, maximã tamen ac dulcissimam voluptatem. At nos, & quæ apud vos habebamus, non magnifecimus, & quæ nunc habemus (testem inuocamus deum) æque parui fecissemus, quin potius spretis, cõtemptisq; omnibus, etiã si multo plura haberemus, ad vos q̃ celerrime defecissemus, nisi nobis essemus conscij elegisse meliora, nisi exploratam haberemus hanc sanctam, & catholicã Romanã æcclesiã illa credere, illa tradere, & docere, quæ ad vitã æternam iter faciunt. Si igitur ad ea vos hortor, quæ saluti vestræ profutura nõ dubito, cũ humilitate, & reuerẽtia audire debetis, ac cũ gaudio, & alacritate animi monita nostra suscipere salutaria. At magnũ apud vos scãdalũ genuisse dicitis additionẽ latinorũ in symbolo. Cur

N

O fratres? Certe si recte cōsiderare volueritis, nō additio illa fuit, sed expositio, sed explanatio, sed declaratio. Additio nanq; (etiā iuxta doctorū vestrorū sententiā) illa est, quæ cōtraria dogmata introducit. Quæ vero eadē, similiaq; profiteř, declaratio, nō additio est. Quippe si verū non esset quod dicitur, fugienda vtiq; hęc additio foret. Quod si verum est, & fidei sanctorū doctorū cōsonans, ibi timemus timorē, vbi nō est timor, & superstitioni magis q̃ pietati indulgemus. Multa Niceno symbolo secūda synodus addidit, de diuinitate spūssancti, de vnitate æcclesiæ, de baptismate, de remissione peccatorū, de resurrectione mortuorū, de vita æterna, de quibus primū conciliū nullam expeditā mentionē fecerat. Multa prętererea alij quoq; doctores, qui illis successerūt latius q̃ illi fecerant, tradidere, quæ tamē nō additiōes sed declarationes fuerunt. Cur igiř & catholicæ æccl'iæ nō licuerit hoc idem facere, simili hereticorū necessitate vrgente? Nam q; respondere soletis, tunc quidē licuisse, nunc vero postq̃ tertia synodus omnē additionē ꝓhibuit, ne ipsam quidē veritatē addere licere, stulta sane, & vana ratio est. Legite si libet, quam olim de hac re orationē edidimus, manifestissime illic veritatē inuenietis, & nisi fallimur, idem nobiscū fatebimini. Exurgite igitur aliquando fratres, atq; excitamini, nolite æmulari cōtētiosos homines, neq; imitari illos, qui cū aliter nō possunt, saltē impugnando veritatē gloriā aucupari conanť. Humiliate vos deo, & tot, talesq; viros, singulari præditos deuotione, ac sapientia, Romanæ æcclesiæ alumnos, secuti, fidem eius suscipite, Pontificē Romanū, verū fideliū pastorē, totius caput ęcclesiæ, doctorem fidei, atq; magistrū credētes, veneremini, & viam quæ ad æternā vitam ducit, ostendentē sequimini. Nā

& hoc vnum eorũ est, quæ ad salutẽ necessaria sunt, p priũ nosse pastorẽ, recognoscere principẽ, & scire, atq; honorare ductorẽ. Vbi eñ non est princeps, ibi inordinatio, vbi inordinatio, ibi solutio, vt Gregorius Nazianzenns ait. Et certe siue diuitias, seu humanas res cõsiderare volueritis fratres, inuenietis vnum omniũ debere esse principiũ, nec recte aliter res posse gubernare. Nam vt a diuinis incipiamus, christianorũ theologia, vnũ qui supra omnes est, decet deum esse, qui cũ in tribus personis sit, vt illæsa seruet vnitas eiusdẽ similisq; substantiæ. Gentilium vero ex his sensibilibus accepta sciẽtia, ipsa quoq; hoc idem fatetur. Quidã eñ inter cæteros eorũ philosophos nobilior, vnam esse primã causam, vnũ omniũ rerum asserit creatorẽ, & quãuis multos etiã post illũ gradus entium credat vnum principiũ, & multa principia, omnia tamẽ sub primo illo constituit. Alius vero multis hoc idem asserens verbis, mutuataq; tandem à quodã antiquiore sententia, Non est inquit, bonus multorum principatus, vnus princeps, vnus rex esto. Neq; eñ volunt entia male gubernari, quasi male gubernare videant, nisi vnus sit, qui pręsit vniuersis. In rebus autẽ humanis, atq; ciuilibus, ijdem ipsi quorũ mẽtionẽ fecimus, cæteriq; omnes, & ante eos saluator noster Iesus Christus, legitimã monarchiã cæteris gubernandi modis anteponũt. Reddite (inquit ille) quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ dei deo, quasi vnus quidem sit deus in cœlis, & vnus princeps in terris. Hic vero, qui inter philosophos primũ obtinet locum, illud reipu. genus, non modo generibus cæteris, sed etiã optimatum principatui anteponit, & diuino quã simillimũ esse dicit, vbi vnus qui virtute cæteros antecellat, omnibus dominetur. Alius huius auditor, omnibus politiæ enumera-

Q tis generibus,eundẽ huncgubernandi modũ, ante oẽs constituit, perfectissimũ regnum appellans. Hunc igit adeo bonũ,& perfectũ,& necessariũ ordinem in rebus fluentibus,atq; terrenis seruabimus fratres, in ęternarũ vero animarũ,& sanctæ dei æcclesiæ gubernatione cõtemnemus? Indecens certe est,& ab omni ratione alienum. Hic eñ maxime est omniũ ordo seruandus, siquidem perpetua digniora sunt fluxis, momentaneis, atq; caducis. Hinc legislator noster,& dominus Iesus Christus,omnẽ humanã sapientiã(cuius ipse dator est) excedens,optimũ gubernandi modũ suæ reliquit æcclesiæ, cũ Petro, & per eum successoribus eius principatũ illi tradidit. Tu es(inquit)Petrus,& super hanc petrã ædificabo æcclesiã meam. Et rursus, Tibi dabo claues regni cœlorũ. Et iterum, Pasce oues meas,pasce agnos meos. Et alibi, Et tu aliquãdo cõuersus, cõfirma fratres tuos. Nec me putetis fratres, nouã legem introducere, nouũ dogma docere,repetite memoria,qui priscas historias, qui cõciliorũ acta legistis,quãtã semper Romanus pontifex super omnẽ æcclesiã auctoritatẽ habuerit. Celestinus papa primã Ephesinã synodũ solus reprobauit, irritauitq;,q̃uis omnis orientalis æcclesia, & ipsi patriarchæ vnanimes in ea cõuenissent. Leonis magni epistolam patres Chalcedonenses numero sexcenti & triginta episcopi,instar sacri euangelij receperunt, eamq; orthodoxæ fidei columnã nominarunt,necnõ iuxta eius sententiã,eam de qua agebãt terminauere quæstionẽ. Iidem patres Alexandrino Constantinopolitanũ ꝑ imitationẽ secundi concilij præposuerunt,nec tamẽ fecisse se aliquid censuerunt, nisi hoc idem Leo confirmaret. Quod vt impetrarent,multis & legationibus, & precibus cõtenderũt, quibus tamẽ vir sanctus adnuere recu

fauit, & nisi postea ab alio Romano põtifice cõcessum R
extitisset, nullius fuisset sane momenti. Ante hunc, In-
nocentius pontifex Archadiũ, & Eudoxiã reges, qui Io-
annem os aureũ, inique de æcclesia pepulissent, anathe-
mate ferijt, & christianorꝝ cõmunione priuauit. Quod
certe nõ fecisset, nisi supra omnẽ æcclesiã habuisset im-
periũ. Quippe si nõ fuisset vniuersalis pastor, & ponti-
fex, & cõmunis christianorꝝ omniũ pater, & magister,
si Cõstantinopolitana vrbs, & imperatores illi de eius
grege non fuissent, non separasset eos talis pontifex ab
vnitate, & cõmunione fidelium. Nihil em̃ pontificalis
sentẽtia roboris habuisset, nihil illis attulisset detrimen
ti, nisi Romano præsuli subditi extitissent. Phociũ de-
inde Constantinopolitanã sedem occupantem, qui san
ctissimo viro Ignatio eiecto, æcclesiã sibi viribus sube-
gerat, nonne Nicolaus Romanus pontifex, fideliũ cõ-
munione priuauit, & restituto Ignatio, ab æcclesia repu
lit? Qua ratione id egit Nicolaus? nisi quia super om-
nes æcclesias potestatem habebat. Postq̃ vero vir san-
ctus Ignatius ad deũ migrauit, nõne imperatores Con
stantinopolitani multis, ac crebris precibus in fauorem
Phocij Romanũ pontificem interpellarunt? Nonne Io
annes, qui post Nicolaum, & Hadrianũ vniuersalis æc
clesiæ gubernacula susceperat, in patriarchalẽ restituit
sedem, palliumq; illi misit, in quo refulget pontificij di
gnitas? Quid tandem hæc omnia præ se ferũt fratres?
nisi summã esse Romani pontificis super omnem æc-
clesiam auctoritatẽ, summam potestatem. Hæc igitur
omnia cogitantes, hæc cum animi attentione conside-
rantes, omnẽ vanam opinionem exuite, omne iniustũ
odiũ deponite, om̃e illud de latinis nõ rectũ iudiciũ in
melius mutate. Amplectimi veritatẽ, integritatẽ fidei,

vnam cum catholica, & sancta Romana æcclesia. Ipsi quoq; maxima extimantes nobiscum cõuenite, missos facite eos, qui cõtentionis potius gratia, q̃ veritatis, varia loquentes, vos a recta fide seducunt. Pastorẽ æcclesiæ Romanæ, vniuersalẽ patrẽ, atq; magistrũ existimate, hunc omni honore, laude, ac veneratione prosequimini. Nos vero, quanq̃ immeritos, tamen gratia dei, p apostolicam sedem, & summũ pontificem, dominũ nostrum, vobis in patriarcham legitime datos (vt par est) suscipite, monita nostra tanq̃ paternas adhortationes audite, eandem mecũ & sententiã, & fidem colite, vt in eodem spiritu, & mẽte idem credentes, idemq; de fide sentientes, q̃diu hac vita fungimur, inuicẽ diligamus, inuicẽ cõsolemur, post vero huius mortalis sarcinæ depositionem eandẽ in Christo gloriam obtineamus, & desideratũ finẽ adepti, vita fruamur æterna. Amen.

Ex libro syncæræ fidei transcripta, qui in Bibliotheca Budeñ. Pannoniæ inferioris habetur, Cura Augustini Moraui, viri doctissimi.

INDEX EORVM QVAE HIC TRADVNTVR.

FINIS.

Argentorati,Ex ædibus Schurerij,
Men.Decemb.An.M.D.XIII.

Regnan.Imperatore Cæsa.Maximiliano.
P. F. Aug. P. P.

FINIS.

Argentorati,Ex ædibus Schurerij,
Men.Decemb.An.M.D.XIII.

Regnan.Imperatore Cæsa.Maximiliano.
P. F. Aug. P. P.

— 11 —